UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Innocentij papę.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

nent.Plurimos vero eoꝝ & ſuæ ſequaces impietatis,atq; illoꝝ doctores inueſtigatio nr̃a re-
perit,vigilãtia diuulgauit,autoritas & cẽſura coercuit,q̊s potuimus emẽdare correximus. Et
vt dãnarẽt Manichæũ cũ p̄dicatiõe & diſciplinis ſuis publica in eccleſia ꝓfeſſione, & manus
ſuæ ſubſcriptõe cõpulimus,& ita de voragine ĩpietatis ſuæ cõfeſſos pœnitẽtia cõcedẽdo leua
uimus. Aliquãti vero q̄ ita ſe demerſerũt,vt nullũ his auxiliãtis remediũ poſſet ſubuenire, ſub-
diti legibus ſcd̃m chriſtianoꝝ principũ cõſtituta,ne ſanctũ gregẽ ſua cõtagione polluerẽt,per
publicos iudices ꝑpetuo ſunt exilio relegati,& oĩa q̃ tã in ſcriptis q̃ in occultis traditionibus
ſuis habẽt ꝓphana vel turpia,vt noſſet pplr̃us q̄d refugeret,aut vitaret,oculis chr̃ianæ plebis
certa manifeſtatõe ꝓbauimus,adeo vt ipſe q̄ dicebat̃ eps̃ à nobis tẽtus ꝓderet flagitioſa in ſuis
myſterijs q̃ teneret,ſicut geſtoꝝ vos ſeries poterit edocere. Ad inſtructionẽ em̃ veſtrã etiam
ipſa direximus,q̄bus relictis,oĩa q̃ à nobis dep̄hẽſa ſunt,noſſe poteritis. Et q̄a aliquãtos de his
q̊s ne abſoluerent̃,arctior reatus inuoluerat cognouimus aufugiſſe,hinc ad dilectionẽ veſtrã
ep̄l'am miſimus,vt effecta certior ſanctitas vr̃a ſolicitius agere dignet̃ & cautius,necubi Mani
chææ ꝑuerſitatis hoĩes plebes veſtras facultatẽ ledẽdi,& huius ſacrilegij poſſint inuenire do-
ctores. Aliter em̃ nobis cõmiſſos regere nõ poſſumus,niſi hos q̄ ſunt ꝑuerſi doctores & ꝑditi,
zelo fidei dñicæ pſequamur,& à ſuis mẽtibus(ne peſtis hæc latius diuulget̃)ſæueritate q̃ poſſu
mus abſcindamus. Vnde hortor dilectionẽ veſtrã,obteſtor,& moneo,vt q̃ debetis & pote-
ſtis ſolicitudine vigiletis ad inueſtigãdos eos,necubi occultãdi ſe reperiãt facultatẽ. Hi fratres
valde cauẽdi ſunt,ne dñicũ gregẽ ꝑuerſitatibus q̄bus poſſunt cõtaminare valeant. Sũt ergo q̄
dã eoꝝ veſte ſua oues ſignificãtes,interius vero lupi rapaces exiſtũt,q̊s iuxta veritatis vocem
ex fructibus eoꝝ debemus agnoſcere. Q̄ñ aũt cœperint aſſumere impietatẽ,illud q̊d occulta-
bit̃ in illis aperit̃,& dolus oĩs fit oĩbus manifeſtus. Inueniunt̃ q̊q; infirmæ fidei hoĩes,& q̄ diui-
nas lectiões ſitiunt,ſecũ eos in ꝑditionẽ p̄cipitãt,diſſipãt em̃ & vituperãt patrũ diſciplinas,&
relinquũt ſctãs ſcripturas ad ſuã ꝑditionẽ,q̊s(vt p̄dictũ eſt)debemus ꝓuidere,& ab his multum
cauere,ne in malitia ſui aliq̄ occupati cõcidãt de ſua firmitate. Saluto itaq; vos frẽs,& oẽs quę
vobiſcũ bñ ſentiũt eccleſias. Nos q̊q;,vt mõ facitis,& alloquamini peto crebrius lr̃is,& frequẽ
tius de fide & de bona intẽtione veſtra,atq; ſoſpitate lætificate,vt gaudiũ cõe habeamus,&
dño pari voto fideliter ſeruiamus. Data Nonas Octobris,Archadio & Bautone.IIII. cõſulib.

¶Anaſtaſii papæ Neriano nobiliſſimo viro directa epiſtola.

DIlectiſſimo fratri Neriano Anaſtaſius. Multa mihi in oĩbus fidei & bonitatis tuæ A
literis cauſa gaudij eſt,ꝙ tantũ ſtudiũ circa religionis cultũ exhibes,& dñi ſacerdo
tes tuis in partibus adiuuare ſtudes,vnde & dño gratias ago, q̄ te ad hoc inſtigat,
& vt pſeuerabilẽ in bonis opibus te faciat exoro,nos tñ & in proſperis,& in aduer
ſis deũ laudare magnifice oportet,eiuſq; ſub potẽti humiliari manu,vt in tp̄e vos tribulatiõis
iuxta beatũ Petrũ ap̄l'm cõfortet & exaltet. Fraternitatis ergo veſtræ afflictio quã de amiſſiõe
parentũ veſtroꝝ vos habuiſſe audiuimus,tãtã nobis cauſam mœroris iniecit,vt quia nos de
duobus charitas vnũ fecit,cor nr̃m in vr̃is ſpecialiter tribulatiõibus ſentiremus, Sed ĩ hoc do-
lore multũ me cõſolata ẽ ſctitatis tuæ ad animũ res deducta,q̄a & patiẽter ferre triſtitiã decet,
& de morte plebis tuę vlterius lõgã nõ hr̃e mœſtitiã. Ne tñ aliq̃ adhuc tribulatio in vr̃a mẽte
reſideat,hortor q̄eſcere à dolore,q̄a indecẽs eſt de illis tædio afflictõis addici,q̊s credẽdũ ẽ ad
verã moriẽdo vitã ꝑuenire. Habẽt forſitan illi iuſtã lõgi doloris excuſationẽ q̄ vitã alterã neſ-
ciunt,q̄ de hoc ſeculo ad melius eẽ trãſitũ nõ cõfidunt. Nos aũt q̄ nouimus,qui hoc credimus
& docemus cõtriſtari nimiũ de obeũtibus nõ debemus,ne q̄d apud alios pietatis tenet ſpeciẽ,
hoc nobis magis in culpa ſit. Nã diffidẽtiæ q̊dãmodo genus eſt cõtra hoc q̄d quiſq; p̄dicator
q̄rit iuſtitiã amãs,dicẽte ap̄l'o, Nolumus aũt vos ignorare de dormiẽtibus,vt nõ cõtriſtemini
ſicut & cęteri qui ſpem nõ habẽt. Hac itaq; frater chariſſime rõne pſpecta,ſtudendũ nobis eſt
ne(ſicut diximus)de mortuis affligamur,ſi affectũ viuẽtibus impẽdamus,quibus & pietas ad
vtilitatẽ,& ſit ad fructũ dilectio. Depone ergo chariſſime mœrorẽ,& aſſume ſpũalẽ fructũ læ
titiæ ad vtilitatẽ ſanctæ dei eccleſiæ,ſeruorũq; eius profectũ,& vitæ eius quæcũq; ſint ſpacia
æternis diuiniſq; officijs illuſtrare contẽde,vt qui inſignẽ te p̄ſtitit reddat ſibi ꝑ ſecula ſecu-
loꝝ clariorẽ. Data. VII. Idus Iunij, Theodoſio, Auguſto, VII. & Palladio. IIII. conſulibus.

¶Incipiunt capitula Innocentij papæ.

¶De pacis oſculo dando poſt confecta myſteria. Cap. primũ.
¶De noĩbus añ p̄cẽ ſacerdoti nõ recitãdis. 2
¶Quod non debeant baptizati, niſi ab epiſcopo conſignari. 3
¶Quod rite omni ſabbato ieiunetur. 4
¶De fermento quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur 5
¶De inerguminis baptizatas 6
¶De pœnitentibus. 7
¶De epiſtola ſancti Iacobi apoſtoli,in qua ꝓ infirmis orare præcipitur. 8

B INnocẽtius Decentio ep̃o Egubino ſalutẽ. Si inſtituta eccleſiaſtica vt ſunt à beatis apoſtolis tradita, integra vellẽt ſeruare dñi ſacerdotes, nulla diuerſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus & cõſecratõibus haberet̃, ſed dũ vnuſqſq; nõ q̊d traditum ẽ, ſed q̊d viſum fuerit hoc exiſtimat eẽ tenẽdũ, inde diuerſa in diuerſis locis, vel eccleſiis aut teneri aut celebrari videtur, ac fit ſcãdalũ populis, quia dum neſciũt traditões antiq̃s hũana p̄ſumptõe corruptas, putãt ſibi aut ecclias nõ cõuenire, aut ab aplis l' ab aplicis viris cõtrarietatẽ inductã. Quis em̃ neſciat aut nõ aduertat id q̊d à principe apoſtoloꝝ Petro Romanæ eccliæ traditũ ẽ, ac nũc vſq; cuſtodit̃ ab oĩbus debere ſeruari, nec ſupꝑduci, aut introduci aliquid quod aut autoritatẽ non habeat, aut aliunde accipere videatur exẽplum? Præſertim cũ ſit manifeſtũ in omnẽ Italiã, Gallias, Hyſpanias Aphricã, atq; Siliciã Inſulaſq; interiacẽtes nullũ inſtituiſſe eccleſias, niſi eos quos venerabilis apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores cõſtituerũt ſacerdotes, aut legãt ſi in his ꝓuincijs, alius apoſtoloꝝ inuenit̃ aut legit̃ docuiſſe. Quod ſi nõ legũt, quia nuſquã inuenit̃, oportet eos hæc ſequi q̊d ecclia Romana cuſtodit, à qua eos principiũ accepiſſe nõ dubiũ ẽ, ne dũ peregrinis aſſertõibus ſtudẽt caput inſtitutionũ videãtur omittere, Sæpe dilectionẽ tuã ad vrbem veniſſe ac nobiſcũ in ecclia cõueniſſe nõ dubiũ ẽ, & quẽ morẽ in conſecrãdis myſterijs vel in cæteris agẽdis archanis teneat cognouiſſe, q̊d ſufficere arbitrarer ad informationem eccleſiæ tuę vel reformationẽ ſi p̄ceſſores tui minus aliq̊d, aut aliter tenuerint ſatis certũ haberes, niſi de aliq̊bus cõſulẽdos nos eẽ dixiſſes, q̊bus iccirco reſpõdimus nõ q̊d te aliq̃ ignorare credamus, ſed vt maiori autoritate vel tuos inſtituas, vel ſi qui à Romanæ ecclię inſtitutõibus errãt aut cõmoneas, aut iudicare nõ differas, vt ſcire valeamus qui ſint qui aut nouitates inducũt, aut alterius eccleſiæ quàm Romanæ exiſtimãt conſuetudinẽ eẽ ſeruãdum.

¶Capitulum primum.

C ¶Pacẽ ergo aſſeris añ cõfecta myſteria q̊ſdã populis imperare, vel ſibi inter ſacerdotes tradere, cũ poſt om̃ia quæ aperire nõ debet pax ſit neceſſaria indicẽda, ꝑ quam conſtet populum ad omnia quæ in myſterijs aguntur, atq; in eccleſia celebrant̃ præbuiſſe conſenſum, ac finita eẽ pacis concludẽtis ſignaculo demonſtrẽtur.

D II ¶De noĩbus vero recitãdis añquã p̄ces ſacerdos faciat, atq; eoꝝ oblatões, q̊ꝝ noĩa recitãda ſunt ſua oratõe cõmendat, q̃ ſuperfluũ ſit, & ipſe ꝑ tuã prudẽtiam recognoſcis, vt cuius hoſtias nondũ deo offeras, eius añ nomen inſinues, quãuis illi incognitũ ſit nihil. Prius em̃ oblatões ſunt cõmendãdę, ac tũc eoꝝ noĩa ſunt edicẽda, vt inter ſacra myſteria nominent̃, nõ inter alia q̃ añ p̄mittimus, vt ipſis myſterijs viã futuris p̄cibus aperiamus.

E III ¶De cõſignãdis vero infantibus manifeſtũ eſt ab alio fieri quã ab epiſcopo nõ licere, nã presbyteri licet ſint ſacerdotes, pontificatus tñ apicem nõ habẽt, hæc aũt pontificibus ſolis deberi, vt vel cõſignẽt, vel paracletũ ſpiritũ tradãt, nõ ſolũ cõſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verũ illa lectio actuũ apoſtoloꝝ quæ aſſerit Petrũ & Iohannẽ eſſe directos, qui iã baptizatis traderẽt ſpiritũ ſanctũ. Nã p̄br̄is ſeu extra ep̃m, ſeu p̄ſente ep̃o cũ baptizãt chriſmate baptizatos vngere licet, ſed q̊d ab ep̃o fuerit cõſecratũ, non tñ frontẽ ex eodẽ oleo ſignare, quod ſolis debetur epiſcopis, cũ tradunt ſpiritũ paracletum. Verba vero dicere non poſſum, ne magis prodere videar, q̃ ad conſultationẽ reſpondere.

F IIII ¶Sabbato vero ieiunandũ eſſe ratio euidentiſſima demõſtrat. Nã ſi diẽ dominicum ob venerabilẽ reſurrectionẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti nõ ſolũ in Paſcha celebramus, verumetiã ꝑ ſingulos circulos hebdomadaꝝ ipſius diei imaginẽ frequẽtamus, ac ſi ſexta feria ꝓpter paſſionẽ dñi ieiunamus, ſabbatũ p̄termittere nõ debemus, q̊d inter triſtitiã atq; lætitiã tẽporis illius videt̃ incluſum. Nã vtiq; cõſtat apoſtolos biduo iſto & in merore fuiſſe, & ꝓpter metũ Iudæoꝝ ſe occuluiſſe. Quod vtiq; nõ dubiũ eſt in tantũ eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramẽta penitus nõ celebrari, q̃ vtiq; forma ꝑ ſingulas tenẽda eſt hebdomadas, ꝓpter id q̊d cõmemoratio diei illius ſemꝑ eſt celebtanda, Quod ſi putãt ſemel atq; vno ſabbato ieiunandũ, ergo & dñica, & ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtiq; celebrãdũ. Si aũt dñici diei, & ſextę ferię ꝑ ſingulas hebdomadas reparãda imago ẽ, demẽtius eſt bidui agere cõſuetudinẽ ſabbato p̄termiſſo, cũ non diſparẽ habet cauſam a ſexra videlicet feria in qua dñs paſſus eſt, qñ & ad inferos fuit, vt tertia die reſurgens redderet leticiã poſt biduanã triſtitiã p̄cedentẽ. Nõ ergo nos negamus ſexta feria ieiunandũ, ſed dicimus & ſabbato hoc agendũ, quia ambo dies triſtitiã apoſtolis, vel his qui Chriſtũ ſecuti ſunt indixerũt, qui die dominico exhilarati non ſolũ ipſum feſtiuiſſimũ eſſe voluerunt, verũetiã ꝑ omnes hebdomadas frequẽtandũ eſſe dixerunt.

¶De fer-

V. ¶De fermento vero quod die dominico per titulos mittimus, ſuperflue nos conſulere A
voluiſtis, cum omnes eccleſiæ veſtræ intra ciuitatem ſunt conſtitutæ, quaꝝ presbyteri, quia
die ipſo propter plebē ſibi creditam nobiſcum conuenire non poſſunt, idcirco fermentum à
nobis confectum per accolitos accipiunt, vt ſe à noſtra communione, maxime illa die nō iu-
dicent ſeparatos, quod per parrochias fieri debere non puto, quia non longe portanda ſunt
ſacramenta, nec nos per cemiteria diuerſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, vt & presbyte
ri eorum conficiendoꝝ ius habeant atq; licentiam.

VI. ¶De his vero baptizatis, qui poſtea à dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interueni- B
ente arripiunt, q̄ſiuit dilectio tua, ſi à presbytero vel diacono poſſint aut debeant conſignari,
quod hoc, niſi ep̄s præceperit, non licet. Nā ei manus imponēda omnino nō eſt, niſi ep̄s au-
toritatē dederit id faciendi, vt autē fiat, epiſcopi eſt imperare vt manus ei vel à presbytero, &
à cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri ſine magno labore poterit, vt longe con
ſtitutus energuminus ad epiſcopum deducat, cū ſi talis caſus ei in itinere acciderit, vt nec ferri
ad epiſcopum, nec referri ad ſua facile poſſit.

VII. ¶De pœnitētibus vero q ſiue ex grauioribus cōmiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitētiam C
gerunt, ſi nulla interueniat egritudo, quinta feria ante paſcha eis remittendum Romanæ eccle
ſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt iu-
dicare, vt attendat ad confeſſionē pœnitentis, & ad fletus atq; lachrymas corrigentis, ac tum
iubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſi quis in egritudinem inciderit,
atq; vſq; ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus paſchæ relaxandum, ne de ſeculo
abſq; communione diſcedat.

VIII. ¶Sane qm̄ de hoc ſicuti de cæteris cōſulere voluit dilectio tua, adiecit etiā filius meus Ce D
leſtinus diaconus in ep̄la ſua eē à tua dilectione poſitū illud qd̄ in apoſtoli Iacobi ep̄la cōſcri-
ptū eſt. Infirmat quis in vobis, inducat presbyteros, & orent ſup eū, vngētes eū oleo in noīe
dn̄i, & oratio fidei ſaluabit infirmū, & ſuſcitabit illum dn̄s, & ſi in peccatis fuerit, remittent ei.
Quod nō eſt dubiū de fidelibus egrotantibus accipi, vel intelligi debere, q ſancto oleo chriſ-
matis perungi poſſunt, quod ab ep̄o confectū, non ſolū ſacerdotibus, ſed oībus vti chriſtianis
licet, in ſua, aut ſuoꝝ neceſſitate inungēdo. Cæteꝝ illud ſuperfluū videmus adiectū, vt de ep̄o
ambigat quod presbyteris licere nō dubiū eſt. ¶Nā idcirco de pbr̄is dictū eſt, quia ep̄i occu-
pationibus alijs impediti, ad oēs languidos ire nō poſſunt. Cæteꝝ ſi ep̄s poſtea dignū ducit,
aliquem à ſe viſitandū, & benedicere, & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cuius eſt
ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus illud fundi nō poteſt, quia genus eſt ſacramen-
ti. Nā quibus reliqua ſacramenta negant, quomodo vnū genus poſſe putatur cōcedi? His er-
go frater chariſſime oībus quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus reſponde-
re curauimus, vt eccleſia tua Romanā conſuetudinē à qua originē ducit, ſeruare valeat atq; cu
ſtodire. Reliqua vero quæ ſcribi phas nō erat, cū affueris, interrogati, poterimus edicere. Erit
autē dn̄i potentiæ etiā id procurare, vt & tuā eccleſiā, & clericos noſtros q ſub tuo pōtificio
diuinis famulant officijs, bn̄ inſtituas, & alijs formā tribuas quā debeant imitari. Data. XIIII.
Calendaꝝ Aprilis, Theodoſio, Auguſto ſepties Palladio. IIII. CC. conſulibus.

¶Incipiunt Capitula eiuſdem ad Victoricum epiſcopum.

¶Quod extra cōſcientiā metropolitani non ſunt ordinandi epiſcopi. Cap. 1.
¶De his qui poſt baptiſmū cingulū militię ſecularis acceperunt, non debere ad clericatus ordinem admitti. 2
¶De cauſis clericoꝝ q̄ in prouincia iuſte non finiunt, vt ab ap̄lica ſede terminent. 3
¶De vxoribus clericoꝝ, vt virginib⁹ ſociētur, & ſecundā non ducant vxorem. 4
¶Vt ſi laicus viduam duxerit, clericus non fiat. 5
¶Vt clericus non ſit qui ſecundam vxorem duxerit. 6
¶Vt alterius clericum nullus epiſcopus ordinare vſurpet. 7
¶Vt non rebaptizentur qui à Nouatianis vel Montenſibus veniunt. 8
¶Vt ſacerdotes & leuitæ cum mulieribus cohærere non debeant. 9
¶Vt monachus ſi clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſeruare debeat. 10
¶Vt ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas à diabolo inuentas exhibere compellitur. 11
¶De virginibus ſacris, ſi lapſæ fuerint, vt publice nupſerint. 12
¶De virginibus non velatis, ſi deuiauerint. 13

INnocēti⁹ Victorico ep̄o Rothomagēſi ſalutē. Et ſi tibi fr̄ chariſſime ꝑ merito & honore E
ſacerdotij, q̄ plurimū polles, viuēdi & docēdi eccleſiaſticæ regulæ nota ſunt oīa, neq; ē ali
q d q̄d de ſacris lectiōibus tibi minus collectū eē videat, tn̄ qa Romanæ eccleſiæ normā,
atq; autoritatē magnopere poſtulaſti volūtati tuæ morē admodū gerēs de geſtis vitæ,

& moꝝ

& moꝝ ꝓbabiliũ diſciplinas annexas literis meis miſi, ꝑ quas aduertãt eccleſiaꝝ regionis vr̃æ populi quibus rebus & regulis Chr̃ianoꝝ vita in ſua cuiuſcũq; ꝓfeſſiõe debeat cõtineri, qualiſq; ſeruet̃ in vrbis Romæ eccleſiis diſciplina. Erit dilectiõis tuæ ꝑ plebes finitimas, & cõſacerdotes noſtros qui in illis regionibus ꝓprijs eccleſiis p̄ſident, regulaꝝ hũc librum q̃ſi didaſculũ, atq; monitorẽ ſedulo inſinuare, vt & noſtros cognoſcere, & ad fidẽ cõfluẽtiũ mores valeãt docẽdi ſedulitate formari. Aut eñ ꝓpoſitũ ſuũ ex hac nr̃a cõgruẽti lectõe cognoſcẽt, aut ſi quid adhuc deſiderat̃ facile poterũt ex his bona imitatione ſupplere. ¶Incipiamus ergo adiuuãte deo, & ſancto dei apoſtolo Petro ꝑ quẽ & apoſtolatus & ep̃atus in Chr̃o cepit exordiũ, vt qm̃ ſæpe plures emerſerũt cauſæ q̃ in aliquãtis nõ erãt cauſæ, ſed crimina vt de cætero ſolicitudo ſit vnicuiq; ſacerdoti in ſua eccleſia curam hm̃oi habere, ſicut beatus apoſtolus Paulus p̄dicat, talẽ eccleſiã deo exhibendã nõ habentẽ maculã, aut rugã, ne alicuius morbidę ouis afflatu cõſciẽtia nr̃a cõtaminata violet̃. ¶Propter eos ergo qui vel ignorãtia vel deſidia nõ tenẽt eccleſiaſticã diſciplinã, & multa nõ p̄ſumẽda p̄ſumunt recte poſtulaſti, vt in illis partibus iſtiuſmodi quã tenet eccleſia Romana forma ſeruet̃, nõ q̊d noua p̄cepta aliq̃ imperẽtur, ſed ea q̃ ꝑ deſidiã aliq̊ꝝ neglecta ſunt, ab oĩbus obſeruari cupiamus, q̃ tñ apoſtolica & patꝝ traditõe ſunt cõſtituta. Scriptũ eſt nãq; ad Theſſalonicẽſes ſecundo, & ad Timotheũ apoſtolo Paulo monẽte. State & tenete traditões noſtras q̃s tradidimus vobis ſiue ꝑ verbũ, ſiue ꝑ epiſtolã. Illud certe tuã debet mentẽ vehemẽtius excitare, vt ab om̃i labe ſeculi iſtius immunis añ dei cõſpectũ & ſecurus inueniaris. Cui multũ enim credit̃ plus ab eo exigit̃. Ergo quoniã nõ ꝓ nobis tm̃, ſed ꝓ populo Chriſti cogimur p̄ſtare rationẽ. Idcirco diſciplina dei ſanctificare populũ & erudire debemus. Quoſdã eñ aſſeris extitiſſe qui ſtatuta maioꝝ nõ tenentes caſtitatẽ eccleſiæ ſua p̄ſumptione violãt populi fauorem ſequẽtes, & dei iudiciũ nõ timẽtes. Ergo ne ſilẽtio nr̃o exiſtimemur his p̄bere cõſenſum domino dicente per prophetã, videbas furẽ & currebas cũ eo, hæc ſunt q̃ deinceps intuitu diuini iudicij, oẽm catholicũ epiſcopum expedit cuſtodire.

¶Capitulum primum.

F ¶Primũ, vt extra cõſciẽtiã metropolitani ep̃i nullus audeat ordinare ep̃m. Integrũ eñ eſt iudiciũ q̊d plurimoꝝ ſentẽtijs cõfirmat̃, nec vnus ep̃us ordinare p̄ſumat ep̃m, ne furtiuum præſtitũ bñficiũ videat̃, hoc eñ & ſynodus Nicæna cõſtituit atq; definiuit.

G II ¶Cõſtituit etiã atq; definiuit, Si quis poſt remiſſionẽ peccatoꝝ cingulũ militiæ ſecularis habuerit ad clericatũ admitti omnino nõ debeat.

H III ¶Si quæ aũt cauſæ vel contẽtiones inter clericos vel inter laicos tam ſuperioris gradus, q̃ etiã inferioris fuerint exorte, placuit vt ſecundum ſynodũ Nicænã cõgregatis om̃ibus eiuſdẽ prouinciæ ep̃is iudiciũ terminetur, nec alicui liceat ſine præiudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui in omnibus cauſis debetur reuerẽtia cuſtodiri, relictis his ſacerdotibus qui in eadem prouincia dei eccleſias nutu diuino gubernant ad alias conuolare prouincias, aut aliarum prouinciarum prius epiſcoporum iudicium experiri. Quod ſi quis forte p̄ſumpſerit, & ab officio cleri ſubmotus & iniuriarum reus ab omnibus iudicet̃. Si aũt maiores cauſæ in medium fuerint deuolute ad ſedẽ apoſtolicam ſicut ſynodus ſtatuit, & beata cõſuetudo exigit, poſt iudiciũ epiſcopale referantur.

I IIII ¶Vt mulierẽ viduã cleric⁹ nõ ducat vxorẽ, quia ſcriptũ eſt. Sacerdos vxorẽ virginẽ accipiat nõ viduã, nõ eiectam, vtiq; qui ad ſacerdotiũ labore ſuo & vitæ probitatæ cõtendit, cauere debet, ne hoc p̄iudicio impetus ꝑuenire nõ poſſit.

k V ¶Vt ſi quis viduã licet laicus duxerit vxorẽ ſeu añ baptiſmum ſeu poſt baptiſmũ nõ admittatur ad cleꝝ, quia eodẽ videtur vitio excluſus, in baptiſmo eñ crimina remittũtur, nõ acceptæ vxoris cõſortium relaxatur.

L VI ¶Ne is qui ſecũdã duxerit vxorẽ clericus fiat, quia ſcriptum eſt. Vnius vxoris virum & iteꝝ. Sacerdotes mei ſemel nubãt, & alibi, ſacerdotes mei nõ nubant amplius.

¶Ac ne ab aliquibus exiſtimet̃ añ baptiſmũ, ſi forte quis accepit vxorẽ, & ea de ſeculo recedẽte alterã duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis erat à regula, quia in baptiſmo pc̃tã dimittuntur, nõ acceptaꝝ vxoꝝ numerus abolet̃, cum vtiq; vxor ex legis p̄cepto ducatur, in tantum vt in paradiſo cũ parẽtes humani gñis iungerẽtur ab ipſo dño ſint bñdicti, & Salomon dicat. A deo p̄parabitur viro vxor. Quã formã etiã ſacerdotes oẽs ſeruare vſus ipſe demonſtrat eccleſiæ. Satis eñ abſurdũ eſt aliquẽ credere vxorẽ añ baptiſmũ acceptã poſt baptiſmũ non computari, cum bñdicto quæ per ſacerdotẽ ſuper nubentes imponitur, nõ materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à deo antiquitus inſtitutę doceatur. Quod ſi non putatur vxor eſſe computanda quæ ante baptiſmum data eſt, ergo nec filij q̃ ante baptiſmum geniti ſunt pro filijs habẽtur.

¶Vt de-

VII. ¶Vt de aliena eccleſia clericũ ordinare, aut iudicare nullus vſurpet, niſi eius epiſcopus A
precibus exoratus cõcedere voluerit, quod etiã Nicæna videt ſynodus continere. Abiectus à
ſua eccleſia clericus, ab altera non ſuſcipiatur eccleſia.
VIII. ¶Vt venientes à Nouatianis vel Montẽſibus ꝑ manus tantũ impoſitionẽ ſuſcipiant, B
qa quãuis ab hæreticis, tñ in Chriſti noĩe ſunt baptizati, p̃ter eos q forte à nobis ad illos trãſ-
euntes rebaptizati ſunt, hi ſi reſipiſcentes, & ruinã ſuã cogitantes redire maluerint, ſub longa
pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.
IX. ¶Præterea quod dignũ & pudicum & honeſtũ eſt tenere eccleſia omnino debet, vt ſa- C
cerdotes & leuitæ cũ vxoribus non miſceantur, quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus oc
cupant, Scriptum eſt em̃, ſancti eſtote, quoniã & ego ſum ſanctus dñs deus veſter. Nã priſcis
tẽporibus de templo dei ſacerdotes anno vicis ſuæ nõ diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus
nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtiq; propter ſobolis ſucceſſionem vxori vſus
fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ex ſemine Aaron ad ſacerdotium nullus fuerat p̄-
ceptus accedere, q̄to magis hi ſacerdotes vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſerua-
re debeant, qbus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt? Nec præterit dies qua
vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent. Nã ſi beatus apoſtolus Paulus ad Co-
rinthios ſcripſit, dicẽs: Abſtinete vos ad tẽpus vt vacetis orationi, & hoc vtiq; laicis p̄cepit,
multo magis ſacerdotes qbus & orandi, & ſacrificandi iuge officiũ eſt ſemper debebũt ab hu
iuſmodi conſortio abſtinere. Quod ſi cõtaminatus fuerit à carnali concupiſcẽtia, quo pudo-
re ſacrificare vſurpabit? aut qua cõſcientia, quoue merito exaudiri ſe credit? Cum dictum ſit
omnia munda mũdis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil mundũ. Sed forte licere hoc cre-
dit, quia ſcriptũ eſt, vnius vxoris virũ non permanenti in concupiſcentia generãdi dixit, ſed
propter futurã continentiã. Neq; em̃ intẽgros corpore non admiſit, qui ait, vellẽ autẽ omnes
eſſe ſicut & ego. Quod apertius declarat, dicẽs, Qui aũt in carne ſunt, deo placere nõ poſſunt,
vos aũt iam non eſtis in carne, ſed in ſpũ.
X. ¶De monachis qui diu morãtes in monaſterijs, ſi poſtea ad clericatus ordinẽ peruene- D
rint, nõ debere eos à priore propoſito deuiare. Aut em̃, ſicut in monaſterio fuit, & quod diu
ſeruauit in meliori gradu poſitus amittere non debet, aut ſi corruptus, poſtea baptizatur, &
in monaſterio ſedens, ad clericatus ordinẽ accedere voluerit, vxorẽ omnino habere nõ po-
terit, quia nec benedici cũ ſponſa poteſt iam ante corruptus. Quæ forma ſeruatur in cle-
ricis. Maxime cũ vetus regula hoc habeat, vt quiſq; corruptus baptizatus clericus eſſe volu-
iſſet, ſpondeat vxorem omnino non ducere,
XI. ¶Præterea frequẽter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuslibet publicis fun E
ctionibus occupatos clericos facere cõtendunt, quibus poſtea maior triſtitia cũ de reuocan-
dis eis aliquid ab imperatore præcipitur quam gratia naſcit de aſcito. Conſtat em̃ eos in ipſis
munijs etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe non dubiũ eſt, & ludorũ vel
munerum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certe in exemplum, & ſolicitudo
& triſtitia fratrum quam ſæpe protulimus imperatore præſente, cum pro his ſæpius rogare-
mus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti. Quibus nõ ſolũ inferiores clerici ex curialibus,
verũetiã in ſacerdotio cõſtitutis ingens moleſtia vt redderent inſtabant.
XII. ¶Itẽ q̃ Chr̃o ſpũaliter nubũt, & à ſacerdote velant, ſi poſtea nupſerint, vel publice vel F
occulte corruptę fuerit, nõ eas admittẽdas eẽ ad agẽdã pœnitẽtiã, niſi is cui ſe iunxerãt de hac
vita deceſſerit. Si em̃ de hoĩbus hęc rõ cuſtodit, vt q̃cũq; viuente viro alteri nupſerit, habeat
adultera, nec ei agẽdę pœnitẽtię licẽtia cõcedat, niſi vnus ex eis defunctus fuerit, q̄to magis de
illa tenẽda eſt, q̃ añ immortali ſe ſpõſo cõiũxerat, & poſtea ad hũanas nuptias tranſire elegit?
XIII. ¶Hæ vero q̃ necdũ ſacro velamine tectę, tñ in ꝓpoſito virginali ſemꝑ ſe ſimulaue- G
rũt, ꝑmanere licet velatę nõ fuerint, ſi forte nupſerint, his agẽda aliquãto tꝑe pœnitẽtia eſt, qa
ſponſio eius à dño tenebat. Si em̃ inter hoĩes ſolet bonę fidei cõtractus nulla rõne diſſolui, q̄to
magis iſta pollicitatio quã cũ deo pepigit ſolui ſine vindicta nõ poterit? Nã ſi apl'us Paulus q̃
à propoſito viduitatis diſceſſerãt dixit eas habere cõdẽnationẽ q̃ primã fidẽ irritã fecerũt, q̄-
to potius virgines q̃ prioris promiſſionis fidem minime ſeruauerunt? Hæc itaq; regula frater
chariſſime ſi plena vigilãtia fuerit ab oĩbus dei ſacerdotibus cuſtodita, ceſſabit ambitio, diſſen
tio cõquieſcet, hæreſes, & ſchiſmata nõ emergent, locum non accipiet diabolus ſæuiendi, ſed
manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabit, veritas ſpũali feruore flagrabit, pax p̄dicata
labijs cũ voluntate animi cõcordabit, implebitur edictũ apoſtoli, vt vnanimes vnũ ſentiẽtes
permaneamus in Chriſto, nihil per cõtentionẽ nobis, neq; ꝑ inanẽ gloriã vendicantes, nõ ho
minibus, ſed deo noſtro ſaluatori placentes, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.
Datũ ſub die. XV. Calendas Martij, Honorio, Auguſto, & Ariſto conſulibus.

¶Item, Epiſtola eiuſdem ad Exuperium Tholoſanũ Epiſcopum.

¶De innocentia ſacerdotũ vel leuitaꝝ. Ca. 1.
¶De his qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus ſunt dediti, & in vltimo pœnitentiam poſcunt. 2
¶De adminiſtratoribus vel iudicibus ſecularibus. 3
¶Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant. 4
¶Quod qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes. 5
¶Quod hi qui intercedente repudio diuortium pertulerunt, ſi ſe nuptijs alijs iunxerũt, adulteri eſſe monſtrantur. 6
¶Qui libri in canone recipiantur. 7

H INnocẽtius Exuperio epiſcopo Tholoſano ſalutẽ. Cõſulenti tibi frater chariſſime, quid de propoſita ſpecie vnaquaq; ſentirẽ, pro captu intelligẽtiæ meæ q̃ ſunt viſa reſpondi, q̃d ſequendũ, vel q̃d docilis ratio pſuaderet, vel autoritas lectionis oſtẽderet, vel cuſtodita ſeries tẽpoꝝ demõſtraret. Et quidẽ dilectio tua inſtitutũ ſecuta prudẽtiũ ad ſedem apoſtolicã referre maluit q̃d de rebus dubijs cuſtodire deberet, potius q̃ vſurpatiõe præſumpta quæ ſibi viderẽtur de ſingulis obtinere. Cur eñ magis pudendũ putemus diſcere aliquid q̃ omnino neſcire? Mihi quoq; ipſi de collatione docilitas accedit, vt perſcrutatis rationibus ad propoſita reſpondere cõpellar, eoq́ꝫ fit vt ſemper aliquid addiſcat, qui poſtulatur vt doceat. Proponantur igitur ſingula, ſubijciamq́ꝫ reſponſum.

¶Capitulum primum.

I ¶Propoſuiſti q̃d de his obſeruari debeat, q̊s in diaconij miniſterio, aut in officio p̃ſbyterij poſitos incõtinentes eſſe, aut fuiſſe gñati filij ꝓdiderũt. De his & diuinaꝝ legum eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siritij ep̄i monita euidẽtia cõmearunt, vt incontinẽtes in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarẽtur, nec admittant̃ ad tale miniſterium, q̊d ſola cõtinentia oportet impleri. Eſt eñ vetus admodum ſacræ legis autoritas iam inde ab initio cuſtodita, q̃d in tẽplo anno vicis ſuæ habitare p̃cepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruiẽtes ſacris oblatiõibus, puros, & ab om̃i labe mũdatos ſibi vindicẽt diuina myſteria, neq; eos ad ſacrificia fas ſit admitti, q exercẽt vel cũ vxore carnale cõſortiũ, quia ſcriptũ ẽ. Sãcti eſtote q̃a & ego ſanctus ſum dñs deus vr̃. Quibus vtiq; ꝓpter ſobolis ſucceſſionẽ vxoris vſus fuerat relaxatus, q̃a ex alia tribu, & p̃ter ex ſemine Aaron ad ſacerdotiũ nullus fuerat p̃ceptus accedere, quãtomagis his ſacerdotes uel leuite pudicitiã ex die ordinatõis ſuæ ſeruare debẽt, quibus vel ſacerdotiũ, vel miniſteriũ ſine ſucceſſiõe ẽ. Nec p̃terit dies q̃ vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis officio vacẽt. Nã ſi beatus Paulus apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicẽs. Abſtinete vos ad tẽpus vt vacetis oratõi, & hoc vtiq; laicis p̃cepit, multomagis ſacerdotes quibus & orãdi, & ſacrificãdi iuge officiũ eſt ſemꝑ debebũt hm̃oi cõſortio abſtinere. Quod ſi cõtaminatus fuerit carnali cõcupiſcentia, quo pudore ſacrificare vſurpabit, aut q̃ cõſcientia, quoue merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit, omnia munda mundis, coinquinatis aũt & infidelibus nihil mũdum? Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptũ eſt. Vnius vxoris virũ. Nõ ꝑmanẽti in cõcupiſcentia generandi hoc dicit, ſed propter continẽtiam futuram. Neq́ꝫ eñ integros corpore nõ admiſit qui ait, vellem omnes autem ſic eſſe ſicut & ego. Quod apertius declarat dicẽs. Qui autem in carne ſunt deo placere nõ poſſunt, vos aũt iam nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu, & habentem filios nõ generantem dixit, ſed ea planè diſpar & diuiſa ſententia eſt. Nã ſi aliq̃s forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter, & diſciplinæ quæ ab epiſcopo Seritio ad prouincias cõmeauit nõ probabitur perueniſſe, his ignorantibus venia remittetur, ita vt de cætero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos in quibus inuenti fuerint ſic retentent, aut eis non liceat ad potiora cõſcendere, quibus tamen bñficio eſſe debet, quod hũc ipſum locũ quem retinẽt non amittunt. Si qui aũt ſciſſe formam viuendi miſſam à Siritio detegunt̃, neq; ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouẽdi, quia poſt admonitionẽ cognitã præponendam arbitrati ſunt voluptatẽ.

K II ¶Et hoc q̃ſitũ eſt, quid de eis obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmũ omni tp̄e incõtinẽtię voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiã ſimul & recõciliationẽ communionis expoſcũt. De his obſeruatio prior durior, poſterior interueniẽte miſericordia inclinatior eſt, nã cõſuetudo prior tenuit, vt cõcederet̃ pœnitẽtia, ſed cõmunio negaret̃. Nã cũ illis tp̄ibus crebrę pſecutões eſſent, nec cõionis cõceſſa facilitas homines de reconciliatõe ſecuros nõ reuocaret à lapſu, negata merito cõio eſt, cõceſſa pœnitẽtia, ne totũ penitus negaretur, & duriorẽ ẽẽ remiſſionẽ fecit tẽporis ratio, ſed poſtquã dñs noſter pacẽ eccleſiis ſuis reddidit iã depulſo terrore, cõmunionẽ dare obeuntibus placuit, & propter dñi miſericordiã, quia viaticũ profecturis, & ne Nouatiani hæretici negãtis veniã, aſperitatẽ & duritiã ſubſequi videamur. Tributur ergo cũ pœnitentia extrema cõmunio, vt homines hm̃oi vel in ſupremis ſuis ꝑmittente ſaluatore noſtro à perpetuo exitio vindicentur.

¶Quæſi

III ¶Queſitū etiā eſt ſuper his, qui poſt baptiſmū adminiſtrauerūt, & aut tormenta ſola A
exercuerunt, aut etiā capitalē protulere ſentētiam, nihil de his legibus à maioribus defini-
tum eſt. Meminerāt enī adeo poteſtates has fuiſſe cōceſſas, & propter vindictā noxiorum
gladiū fuiſſe ꝑmiſſum, & dei miniſtrū eſſe datum in hmōi vindicē. Quomodo ergo repre-
henderent factū q̊d autore deo viderēt eſſe conceſſum? De his ergo ita vt hactenus ſerua-
tum eſt, ſic habeamus, ne aut diſciplinā euertere, aut cōtra autoritatē dn̄i venire videamur.
Ipſis aūt in ratione reddēda geſta ſua omnia ſeruabuntur.
IIII. ¶Et illud deſideratū eſt ſciri, cur cōicantes viri cū adulteris vxoribus nō cōueniāt, B
cū econtra vxores in cōſortio adulteroꝝ viroꝝ manere videant. Sup hoc chriſtiana reli-
gio adulteriū in vtroq; ſexu pari ratione cōdēnat, ſed viros ſuos mulieres nō facile de adul-
terio accuſant, & nō habēt latētia peccata vindictā, viri aūt liberius vxores adulteras apud
ſacerdotes deferre cōſueuerūt, & ideo mulieribus ꝓdito eaꝝ crimine cōmunio denegat,
viroꝝ aūt latēte cōmiſſo, nō facile quiſquā ex ſuſpitōibus abſtinet, qui vtiq; ſubmouebit, ſi
eius flagitiū detegat. Cū ergo par cā ſit, interdū ꝓbatōe ceſſantę vindictę ratio cōquieſcit.
V. ¶Illud etiā ſciſcitari voluiſti an p̄ces dictātibus liberꝝ cōcedat, vtiq; poſt baptiſmi C
regeneratione à principibus poſcere mortē alicuius vel ſanguinē de reatu, quā rē princi-
pes nūquā ſine cognitōe cōcedūt, ſed ad iudices cōmiſſa ipſa vel crimina ſemꝑ remittūt, vt
cauſę cognitę vindicētur, q̃ cū q̃ſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut dānatio ꝓ nego-
cij q̃litate profert, & dū legū autoritas in improbos exercetur, erit dictator numinis.
VI ¶De his etiā requiſiuit dilectio tua, qui interueniēte repudio alij ſe matrimonio co- D
pularūt, q̊s in vtraq; parte adulteros eē manifeſtū eſt. Qui vero vel vxore viuēte (q̄uis diſ-
ſotiatū videat eē cōiugiū) ad aliā copulā feſtinarunt, neq; poſſunt adulteri nō videri, intā-
tum vt etiā hę pſonæ, quibus tales cōiuncti ſunt, etiā ipſę adulteriū cōmiſiſſe videātur, ſe-
cundū illud q̊d legimus in euāgelio, qui dimiſerit vxorē ſuā & duxerit aliā, mechat. Simili-
ter & qui dimiſſam duxerit, mechat, & ideo tales oēs à cōmunione fideliū abſtinēdos.
¶De parētibus autem aut de propinquis eorum, nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores il- E
liciti conſortij fuiſſe detegantur.
VII. ¶Qui vero libri recipiātur in canone ſanctaꝝ ſcripturaꝝ breuis annexus oſten-
dit. Hæc ſunt ergo q̃ deſiderata moneri voce voluiſti, Moyſi libri 5. id eſt Geneſis, Exodus,
Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū, necnō & Ieſu Naue, & Iudicū, & regnoꝝ libri quatu-
or, ſimul & Ruth, Prophetaꝝ libri ſedecim, Salomonis libri quinq;, Pſalteriū. Itē hyſtoria-
rū Iob liber vnus, Heſter vnus, Iudith vnus, Machabęoꝝ duo, Eſdre duo, Parilipomenon
duo, Itē noui teſtamēti euāgelioꝝ libri q̃tuor; Pauli apoſtoli epiſtolæ. 14. Epiſtolæ Iohānis
quatuor, Epiſtolæ Petri duæ, Epiſtola Iudæ, Epiſtola Iacobi, Actus apoſtoloꝝ, Apocalip-
ſis Iohānis, Cætera aūt q̃ ſub noīe Mathiæ, ſiue Iacobi minoris, & ſub noīe Petri, & Iohā-
nis quæ à q̊dā Leutio ſcripta ſunt, vel ſub noīe Andreę, q̃ à Nexocharidę & Leonida philo
ſophis, & ſub noīe Thomæ, & ſi qua ſunt alia nō ſolū nō aſpiciēda, verūetiā nouerit eē dā-
nanda. Datū. x. Calend. Martij Stilicone & Antemio conſulibus.

## Epiſtola Innocentij ad Felicem Nucerianū epm.

¶Si quis volēs partē ſui corpis amputauerit clericus eē non p̄t, nolēs aūt pōt. 1
¶Quod digami ad cleꝝ admitti nō pn̄t. 2
¶Qui de laicis ad clerum nō debēt promoueri. 3
¶Qui de laicis poſſunt clerici fieri, hic aperte cōcubina prohibetur. 4 F
¶De tēporibus in clero immorādis. 5

INnocētius Felici epo Nuceriano. Mirari nō poſſumus dilectionē tuā ſequi inſtituta maioꝝ oīáq; quæ poſſunt aliquā recipere dubitationē ad nos quaſi ad caput atq; ad apicē epatus referre, vt cōſultatione videlicet ſedes apoſtolica ex ipſis rebus dubijs certū aliquid faciendū ꝓnunciet. Quod & nos libēter accipimus & dilectionē tuam memorē canonū approbamꝰ. Scripſiſti ergo q̊d feruore fidei quo polles & amore ſanctæ plebis, vel reparaueris ecclīas dei, vel nouas quaſ́q; cōſtruxeris, ſed in his q̊s clericos cōſtituas non habere, aliq̊s vero mutilos, aliq̊s digamos eē, ad q̊d ſtupuimus prudentē virū, de his voluiſſe cōſulere quæ omibus ſunt certa ratione cōperta. Ergo
nō q̃ſi ignorāti dicimus, ſed in alijs forſitan occupatos iſtud oblitos vos eſſe dicimus. G
I. ¶Qui igit partē cuiuslibet digiti ſibi ipſe volēs abſcidit, hc aūd cleꝝ canones non ad-
mittunt. Cui vero caſu aliquo contigerit dū aut operi ruſtico curā impēdit, aut aliquid fa-
ciens ſe non ſponte ꝑcuſſit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & ſi in clero fuerit re-

perti nõ abijcit. In illis em̃ voluntas iudicata ẽ, q̃ ſibi auſa fuerit ferrũ inijcere. Quod ſcilicet & alij id facere dubitari non poſſit, in illis vero caſus veniam meruit.

G II ¶De digamis aũt nec cõſuli debuit q̃d manifeſta lectio, ſit apl'i, vnius vxoris virũ ad ſacerdotiũ ſiue ad clericatũ admitti debere, & hãc ipſam tñ ſi virginẽ accepit. Nã ea q̃ habuerit añ virũ, licet defunctus ſit, tñ ſi clerico poſtea fuerit copulata, clericus qui eã acceperit eẽ nõ poterit, quia in lege cautũ eſt, nõ viduã, nõ abiectã habere poſſe coniugem ſacerdotem.

H III ¶De laicis vero religio tua cõſuluit, q̃s canones ordinare prohibeãt, Certũ eſt quidẽ, hoc regulas eccleſiaſticas cõtinere, ſed nõ ita definitũ eſt, vt de omnibus ſit laicis cõſtitutũ. Neq; em̃ clerici naſci, & nõ fieri poſſunt, ſed deſignata ſunt gñа, de quibus ad clericatũ puenire nõ poſſunt, id eſt ſi quis fidelis militauerit, ſi quis fidelis cauſas egerit, hoc ẽ poſtulauerit, ſi quis fidelis adminiſtrauerit. De curialibus aũt manifeſta ratio eſt, qm̃ & ſi inueniãtur hmõi viri qui debeãt clerici fierij, tñ qm̃ ſæpi⁹ ad curiã repetuntur, cauẽdum ab his eſt propter tribulationem quæ ſæpe de his eccleſiæ prouenit.

I IIII ¶Laici vero qui habẽtes vxores baptizati ſunt, ac ſi ſe inſtituerũt, vt opinio eoꝝ in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint, aut monaſterijs ex quo baptizati ſint hæſerint, & ſi non concubinam, non pellicem nouerint, ſi in omnibus operibus vigilauerint, nõ prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortẽ aſſumi.

K V ¶Ita ſanè vt in eos tẽpora à maioribus cõſtituta ſeruẽtur, nec cito quilibet lector, cito accolitus, cito diaconus, cito ſacerdos fiat, quia in minoribus officijs ſi diu pdurent, & vita eoꝝ pariter & obſequia cõprobant, vt ad ſacerdotiũ poſt hac emẽſis ſtipẽdioꝝ meritis veniant, nec p̃ripiãt q̃d vita ꝓbata meret accipere. Qm̃ ergo certa diffinitõe monſtratũ eſt q debeãt admitti quiue reprobari ex his oĩbus q̃s videt dignatio tua nõ poſſe reprobari, eligere debebis q̃s clericos facias. Si em̃ nullã gratiã hominibus aut bñficiũ p̃ſtare velimus tales inuenire poſſumus, de q̃ꝝ aſſumptõe nec incurrere nec erubeſcere valeamus.

¶De his qui in presbyterio filios genuerũt, vt ab officio remoueãtur.

L INnocẽtius Maximo ; & Seuero epiſcopis per Britios, Eccleſiaſticorũ canonũ norma nulli eſſe debet ĩcognita ſacerdoti, qua neſciri hec a põtifice ſatis eſt indecorũ, maxime cũ a laicis religioſis viris ſciatur & cuſtodiẽda eẽ ducatur, Nup quidẽ Maximilian⁹ filius noſter agẽs in rebus hmõi qualẽ querelã detulerit, libelli eius ſeries annexa declarat.

M ¶Qui zelo fidei & diſcipline duct⁹ nõ patitur eccleſiã pollui ab indignis p̃br̃is, quos in p̃sbiterio filios aſſerit ꝓcreaſſe. Quod nõ licere exponerẽ niſi noſſem vr̃am prudẽtiã legis totius habere notitiã. Et ideo fratres chariſſimi, libelli qui ſubiect⁹ eſt tenore pſpecto, eos qui talia ppetraſſe dicũtur, iubebitis in medio collocari, diſcuſſiſq; obiectionib⁹ que ipſis p̃br̃is impingũtur, ſi cõuicti fuerit, a ſacerdotali remoueãtur officio, quia q ſancti nõ ſunt, ſancta tractare nõ poſſunt, atq; alieni efficiant à miniſterio q̃d viuẽdo illicite polluerunt. Miramur hæc eoꝝ diſſimulare ep̃os vt aut cõniuere, aut neſcire eſſe illicita iudicẽtur.

¶Quod pœnitẽtium nullus ad cleꝝ poſſit admitti.

N INnocẽtius Agapito, Macedonio, & Mauriano ep̃is Apulis. Multa in ꝓuincia contra canones eccleſiaſticos, decretaq; maioꝝ vſurpari à plurimis & relatiões diuerſoꝝ & ſuggeſtiões fidiſſimę retulerũt, q̃ quidẽ poſſent facile reſecari, ſi ep̃i in his nõ inuenirent autores. Qui dũ aut amicis aut obſequẽtibus gratiã p̃ſtare nitunt, religionẽ violant, ordineſq; corrũpunt, ac ſic euenit vt indigni quiq; honores ſuſcipiãt eccleſiaſticos, & admittant ad cleꝝ, qui nec inter laicos quidẽ dignum locũ habere mererent, ſicuti in nũc dato nobis libello mõſtratũ eſt, Modeſtũ quẽ dã multis criminibus inuolutũ, propter quæ etiã pñiam egiſſe dicit, nõ ſolũ clericũ effectũ q̃d nõ licet, verũ etiã ad ep̃atus apicẽ eũ tradere, cũ canones apud Nicæam cõſtituti pœnitẽtes etiã ab infimis officijs clericoꝝ excludãt. Et ideo fratres chariſſimi pſpecto tenore libelli eũ iubete præſentari, ac ſi vere cõſtiterit talem qualẽ libellus affirmat, nõ ſolũ ab ambitione, ſed etiã à clericatus remoueat officio.

¶De Bubalio, & Tauriano, damnatis à prouincialibus ep̃is, quoꝝ ſentẽtiam ſedes apoſtolica retractatione curauit

O INnocẽtius, Rufo, Gerontio, Sofronio, Flauiano, Macedonio, Profdotio, & Oriſteo epiſcopis p Macedoniã cõſtitutis. Mora coepiſcopoꝝ nr̃oꝝ Maximiani, & Eumenij, vel potius importunitas tẽporis fecit, vt vos iteraretis de Bubalio & Tauriano q̃rimoniam, & nos iteꝝ in hoĩes pditiſſimos inſurgeremus, ſed vt poſſum paucioribus verbis tantoꝝ maloꝝ imitabor cõpendiũ, & ſtrictim q̃ in volumine literaꝝ noſtraꝝ conſpexerim retractabo. Graue nõ oportuit videri pijſſimis mẽtibus veſtris cuiuſcũq; retractari iudicium, quia veritas exagitata ſæpius magis ſplendeſcit in luce, & pnities reuocata in iudicium grauius & ſine pœnitentia condemnatur. Nã fructus diuinus eſt iuſtitiã ſæpius recen-

us receſeri fratres chariſſimi, verꝝ illud video mouiſſe animos veſtros, q̊d in multis Bubali-
us ſæpe fallacijs dep̄henſus obiecerit exemplaria ſectaꝝ q̄ſi à nobis literaꝝ, cū pro cõſuetu-
dine hoīs nihil q̊d pferret iam fide digniſſimū videret. Sed ſileat om̄e iam de tali negocio
murmur, & cõuicti diaboli ipſi anhelitus cõprimantur. Subiunximus aūt his priores lite-
ras, quas p memoratos ep̄os miſeramus, quibus ita plenaria ſenſuū noſtroꝝ ſentētia deſi-
gnata eſt, vt dū relegeritis nihil ambiguū, nihil requirendū in hac cauſa de cætero repeta-
tis. Hāc aūt paginulā noſtrā ſolicitius credentibus ſibi ep̄is relegendā mittite, vt ſciant ple-
niſſime quid ſit de Bubalio & Tauriano cæteriſq; pronunciatū, vt ſeruent qui digni admo
nitione ſunt cauere à talibus, ne talibus ſocientur.

¶De inuaſione parochiæ alterius.

INnocentius Florentio ep̄o Tiburtinēſi, Nõ ſemel ſed aliq̊tiens clamat ſcriptura diuina A
trāsferri nõ optere terminos à pr̄ibus inſtitutos, qa nefas eſt, ſi quod alter ſemp poſſede
rit, alter inuadat, q̊d tuā bonitatē frater & coep̄s nr̄ Vrſus aſſerit ppetraſſe. Nā momen-
tanā ſiue Felicienſem parochiā ad ſuā diocœſim à maioribus ptinentē inuaſiſſe te, atq; illic
diuina celebraſſe myſteria eodē ac neſciēte, nõ ſine dolore cõqueſtus eſt. Qđ ſi verū eſt, nõ
leuiter te incurriſſe cognoſcas. Vñ ſi declarare cupis tātę vſurpatõis inuidiā, nr̄is literis ad-
monitū te cõuenit abſtinere. Certe ſi aliquid tibi credis iuſtitiæ ſuffragari integris oībus &
in priſtino ſtatu manētibus poſt dies venerabiles paſchę adeē debebis, vt memorati poſſis
intentõibus rñdere, ptibuſq; in medio collocatis qd antiqtas, aut veritas habeat inqram⁹.

¶De eo cuius de captiuitate reuerſa eſt vxor vt eā recipiat, altera quā duxerat repudiata. B

INnocētius probo, Cõturbatio pcelle barbaricæ facultati legis intulit caſum. Nā bñ cõ-
ſtituto matrimonio īter Fortuniū & Vrſam captiuitatis īcurſus fecerat neuū, niſi ſancta
religiõis ſtatuta puiderēt. Cū em̄ in captiuitate p̄dicta Vrſa mulier teneret, aliud cõiugi
um cū reſtituta Fortunius memoratus iniſſe cognoſcit. Sed fauore dñi reuerſa Vrſa adijt.
Et nullo diffidēte vxorē ſe memorati eſſe pdocuit. Qua de re dñe fili merito illuſtris ſtatui-
mus fide catholica ſuffragāte illud eē cõiugiū q̊d primitus erat gr̄a diuina fundatū, cõuen-
tūq; ſecūdę mulieris priore ſupſtite, nec diuortio eiectę nullo pacto poſſe eſſe legitimū.

¶Epiſtola familiaris ad ſanctos dei ſacerdotes Aureliū Carthaginenſem,
& Auguſtinum Iponenſem.

INnocētius Aurelio, & Auguſtino ep̄is, Acceptiſſimi mihi Germani cõpbr̄i illo recurſus C
vacuus officio nr̄o eſſe nõ debuit, p charos em̄ ſalutare chariſſimos naturale q̊dammo-
do nobis videt & cõſequens. Gaudere igit in dño veſtrā germanitatē amātiſſimi cupi-
mus, & pro nobis paria ad dñm vota rependere precamur, quia (vt bñ noſtis) cõmunibus
alternis plus agimus orationibus quam ſingularibus aut priuatis.

¶De ratione paſchali ad eundē Aurelium.

INnocētius Aurelio, Charitatis nr̄æ officiū nullo interuallo, dirimit, etiā ſi charta nullos D
apices ferat, viuit em̄ ſp̄ūalis gratia alternis in cordibus, & amorē noſtrū cõfouet ſacer-
dotalis ipſa ſocietas. Cur ergo indignū eſt vnitatē eccleſiæ cuſtodiri? Idemq; oēs pari-
ter & ſentiamus & pnunciemus frater chariſſime. Has ergo literas de ratione paſchali al-
terius dico futuri anni p̄ſcripſi. Nā cū añ diē vndecimū Calēdaꝝ Apriliū plene luna. xvi.
colligat. Nā quippiā minus eſt, itemq; cū diē ante. iiij Calend. earundē veniat. xxiij. æſtima
ui. xi. Calendaꝝ memorataꝝ die feſta paſchalia celebrāda, qm̄ vigeſimatertia luna nullum
paſcha vnq̄ añ hoc paſcha factū eē cognoſcimus. Sentētiæ meę expoſui atq; edixi tenorē.
Iā prudētiæ tuæ erit cõſors mihi frater cū vnanimis cõſacerdotibus nr̄is, hāc ipſam rem in
ſynodo religioſiſſima retractare, vt ſi nihil diſpoſitõi nr̄ę inſultat, nobis pleniſſime aperte-
q; reſcribas, q̄ deliberatā paſchalē diē iam literis añ (vt moris eſt) reſerūandā ſuo tēpore re-
ſcribamus. Cõpresbyterū aūt archidiaconū quāuis nouerim q̊d libētiſſime ac more ſuſci-
pias cõſueto, tamen ex abundāti poſtulo vtm eu inter tuos habere digneris.

¶Vt nullus contra ordinationē canonum fiat epiſcopus.

DIlectiſſimo fratri Aurelio Innocētius. Qua indignitate, qua moleſtia male tracte E
tur eccleſia, p̄cipue quæ ep̄s relegā vel audiam, & tua fraternitas bñ nouit, & ego
tam idonea tanto dolori verba inuenire nõ poſſum, dū facile im ponūtur manus
dū negligēter ſummus ſacerdos eligit. Ecce facta eſt q̄rela publica q̄ fecit ſemper
vt cõmunis om̄ibus tremēda ſit reuerētia. Sic clerici eccleſiaſticoꝝ dogmatū nutriti vel ho
norati intra altaria Chriſti reſpuunt, ſic p̄tereūtes promouent, quaſi nefas ſit ad primatum
per ordinē puenire. Nā cū inuoluti mūdanis nexibus, actibus vel moribus abruptę aſciſcū-
tur ad tanti collegiū ſacerdotij, & illi vidētur contemni, de quibus oportuerat eligi, & iſti
male intromitti, qui præter ordinē irrumpunt, potiuſquā eligunt. Quā em̄ miſerū eſt eum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

magiſtrū fieri, qui nunquā diſcipulus fuit? eum ſummū fieri ſacerdotem qui nunquā in illo
gradu obſecutus fuerit ſacerdoti? Relege ꝑfectoꝝ literas, & vide quæ falſo vel ꝓ certo ſub-
limiū poteſtatū annotentur ſcriptis, ꝑdidimus ꝓfecto nos ipſi nos inquā ſanctimoniȩ reue
rentiā, qui quaſi viliſſimū aliquid ſummos efficimus ſacerdotes, vt iam incipiat quaſi noxiū
aliquid publicis interlocutōibus cōdēnari, Frater chariſſime hæc velim cūcta recitāda per
oēs Aphricanas eccleſias ſcripta dirigas, & iſtis connectas q̄s adiunximus literas p̄fectoꝝ,
vt cōſiliū de his q̄ inique laudātur, iudiciūq; ſi quid tale probari poterit, fiat, vt p̄terita ma-
la ſi doceantur admiſſa digna ſeueritate coerceātur, & de cætero caueatur ne eccleſiæ ſan-
ctitas ꝑ noſtrā fatigata negligētiam ꝑdat priuilegia, quæ eſt ꝑ viros venerabiles conſecuta
deus te incolumē cuſtodiat. Data. iiij. nonas Iunij, Iulio. iiij. & Palladio. iiij conſulibus.

¶Ad Iulianā nobilē fœminā.

F Singulare mēbrū eccl'iæ tuæ religiōis amplitudinē exiſtere, & à nobis reuerēdiſſime
coli ſatis eſt omnibus manifeſtū, in ipſo enim apice nobilitatis multo nobiliorē ec-
cleſiæ deuotionē impēdis, & magis leta Chriſti agnitōe p̄ceptis eius obtēperas, & in
fide potius exultas quā tanti gn̄is flore iactaris. Summe virtutis eſt viciſſe gloriam
carnis, & magna ē Chriſti gratia nobilitatē moribus ſuperaſſe, domina filia merito illuſ-
tris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima huius vitæ quæcūq; ſunt ſpatia æternis diuiniſq; offi
cijs illuſtrare cōtende, vt qui inſignē te p̄ſtitit, reddat ſibi ꝑ ſecula clariorē.

¶De Antiochæna eccleſia.

G INnocētius Bonifacio p̄b̄ro, Eccleſia Antiochæna quā priuſq̄ ad vrbē ꝑueniret Romā
beatus apoſtolus Petrus ſua p̄ſentia illuſtrauit, velut germana eccleſiæ Romanæ diu ſe
ab eadē alienā eē nō paſſa ē. Nā miſſis legatis ita pacē poſtulauit & meruit, vt Euagria
nos ſuis ordinibus ac locis intemerata ordinatōe quā acceperāt à memorato ſuſcipe-
rēt, & Iohānis ſanctæ memoriæ, vel clericos, vel laicos in vnū colligeret atq; congregaret
ꝓmittēs ipſius ciuitatis ep̄s frater meus Alexāder etiā ſi q̄s forte vel à nobis, vel aliūde po-
ſterioris ordinatōis ad eoſdē venerit, ſe ſine cōtrouerſia recepturū, ac nomē ep̄i memorati
inter q̄ſcētes ep̄os recitaturū, Cui rei nos noueris tradidiſſe manus frater chariſſime, & e-
os in noſtra viſcera recepiſſe, ne diu membra quæ requiſierāt ſanitatē ab vnitate corꝑis ha
berētur aliena, omnia vero quæ per ordinē geſta ſunt filius meus diaconus Paulus harum
ſcilicet portitor literaꝝ dilectioni veſtræ poterit enarrare, vt & gaudiū cōmunȩ nobiſcū
habeas, & eos informes qui pro Attici partibus interuenire conſueuerunt.

¶Ad Alexandrum Antiochænum epiſcopum de pace.

H INnocentius Alexandro ep̄o, quā grata mihi, quā pia, quā neceſſaria legatio à tua ſan-
ctitate frater chariſſime ad nos directa fuerit, geſtoꝝ ipſoꝝ replicatōe cognoſces. Vo
luit em̄ cōpb̄r n̄r Caſſianus hāc amicitiaꝝ noſtraꝝ paginulā ꝑ cōpb̄r̄m veſtrū Paulū
Nicolaū diaconū & Petrū ſubdiaconū filios n̄ros q̄ſi primicias pacis n̄ræ cōſcribi. Sa-
luto itaq; & tuā mihi in Chr̄o germanitatē, & oēm illā q̄ tecū bn̄ ſentit eccleſiā, noſq; vt fa-
citis & alloquamini peto crebrius lr̄is, & frequētius de vr̄a ſalute letificetis, dabit em̄ vt cō-
fido dn̄s totius nos p̄teriti tēporis diſpēdia amātiſſimo literaꝝ colloquio recompenſare.

¶De Attico epiſcopo Conſtantinopolitano.

I INnocētius Maximiano epiſcopo. Miramur prudētiam tuam, ſcripta ad Atticū ep̄m
Conſtantinopolitanæ vrbis à nobis & proſecutione propria & dato libello qui ſub-
ter annexus ē poſtulare, à q̊ nec miſſas vllas ſaltē epiſtolas ad vos vel ad veſtram ſy-
nodū vtiq; protuliſti. Idq; non petēti tribuendum æſtimes, quod vides deprecanti-
bus diſcuſſa ratione conceſſum. Cōmunio em̄ ſuſpenſa reſtituit demonſtranti cauſas, q̄bus
id acciderat iam eē deterſas, & profitenti conditōes pacis impletas. Quod neq; apud vos,
neq; apud nos (vt p̄dixi) Atticus miſſis aliquibus ſuoꝝ vel dicere voluit, vel demōſtrare cō-
pletū, quēadmodū Antiochȩnæ eccleſiæ frater & coep̄s n̄r Alexander digna legatione &
proſecutus eſt & probauit. Quibus ſigillatim om̄ibus vtiq; intereſſe dignatus cognouiſti
quēadmodū ſigillatim om̄ia ſcriptoꝝ noſtroꝝ anterioꝝ hac de cauſa beatiſſimi Iohānis
quondā ep̄i n̄ri diſcuſſerim, vt q̄ illi in om̄ibus ſatis euidēter oſtenderint vniuerſa q̄ apud
Antiochiā fieri debuerint, fuiſſe cōpleta. Quoꝝ amplexati pacē vtiq; fidē fecimus, & ma-
gno tramite om̄ibus eandē quā præſtolaris oſtendimus, ſi modo q̄ diſcuſſa ſunt, atq; cōple
ta, etiā ipſi ꝓ ſuo loco feciſſe vel cōpleſſe aliq̄n mōſtrauerint, cōionemq; vt iſti legatōe ſolē-
niter deſtinata ſibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & ꝓfeſſionē memorati de cō-
pletis om̄ibus cōditionibus, quas diuerſis tēporibus p̄diximus, & petitionē cōionis, vt re-
cte & petēti & probāti ſe eandē mereri reddamus frater chariſſime. Nā de om̄ibus pleniſſi
mas ad ſanctā noſtroꝝ fratrum ſynodū dudū literas percepiſti.

¶Ad Alexan-

¶Ad Alexandrum Antiochænū epiſcopū de pace.

APoſtolici fauoris gratia magno pacis vſq; ad nos decore reſplenduit, tantūq; lucis gaudiorumq; inſulſit fidelibus, vt dicentes deo maximas laudes maiores debere nos fateamur, pluſq; à deo iocundati ſumus, quod diſcuſſis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totū pietate ac patiētia geſtum cognouimus, vt in omnibus dominum laudaremus, ſucceſſumq; ipſum ideo præſtitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator exiſtens eā requiſitam inueneris, & repertam ſumma charitate tenueris. Cū ergo oēs tum præcipue circa illos qui quondam Paulini atq; Euagrij epiſcopoꝝ cēſiti fuerant nomine habeā ſummam votorum meoꝝ, quod antiqui neui purgatio tuis tēporibus, tuiſq; meritis prorogatur. Quorum etiā illos eiuſdē nominis ꝗ in Italia meritū clericatus acceperāt, cenſui bono quietis gratiā retinere ſuſceptā. Et quia noſter compresbyter Caſſianus gratū duxit tuę fore dignationi, ſi meo conſilio in ciuitate vr̄a clericatus ordinē ducere cēſeantur, ſtatui propter beniuolentiā tuā promiſſaq; memorati, vt inter cæteros ſacerdotes miniſtroſq; qui in ciuitate ſunt annumerētur frater chariſſime libēter. Præterea de ep̄is Helpidio atq; Papo cognoui q̊d ſine queſtione ſuas eccleſias recuperauerint, & multū in geſtis vt ſubſcripta teſtātur ſolicitus inquiſiui, vtrū in om̄ibus eſſet cōditionibus ſatisfactū in cauſa beati & vere deo digni ſacerdotis Iohānis. Et cū ꝑ ſingula aſſertio legatoꝝ ex voto cōpleta eē fateret, gratias agēs deo cōmunionē eccleſię veſtræ ita recepi, vt pręme feram apoſtolicæ ſedis cōdiſcipulos primos dediſſe cæteris viam pacis, in qua firmos vos noſq; dn̄i Chriſti ita benignitas amplexabit atq; cōmuniet, vt nullo de cætero titillamēto, vel leui cuiuſꝗ contētionis pudore pulſent. Scripta aūt Attici ep̄i, quoniā cū veſtris ſunt porrecta ſuſcepimus, ne ꝑ veſtrā iniuriā ille qui olim à nobis ſuſpēſus fuerat repudiaretur, & tn̄ ſatis abunde ꝗ in actis ſtatuimus, ſicut dignāter relegere procurabis, q̊d in eius ꝑſona debeat cuſtodiri, vt ſi ꝑ omnia veſtris conſilijs actibuſq; tam ſanctis ſe rogauerit eē communem præſtētur ſeni fauore veſtro noſtroq; iudicio cōionis atq; literarum à nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt ep̄i. xx. Italiæ. xxiiij.

## Epiſtola eiuſdem ad Alexandrū epiſcopū.


¶Quod prima ſedes beati Petri apud Antiochiā eē memoretur. 1

¶Qđ nō oportet ſcđm conſtituta īperatoꝝ duos eē metropolis ep̄os. 2

¶Quod Arrianorum clerici non ſunt recipiēdi in ſuis officijs, quamuis eorum baptiſmum qui catholicus conſtat confirmet eccleſia. 3


¶Capitulum primum.

INnocētius Alexandro ep̄o, Et onus & honor nobis à tua fraternitate īpoſitus neceſſarij tractatus cauſas induxit, q̊ literis vel commonitorio veſtro vt dat ſancti ſpiritus gratia reſpondere poſſimus. Reuoluētes itaq; autoritatē Nicenæ ſynodi ꝗ vnā omniū per orbē terraꝝ explicat mentē ſacerdotū, quæ cēſuit de Antiochæna eccleſia cunctis fidelibus ne dixerim ſacerdotibus eē neceſſariū cuſtodire, quæ ſuꝑ diocœſim ſuā prædictā eccleſiā non ſuꝑ aliquā prouinciā recognoſcimus conſtitutā. Vnde aduertimus nō tam ꝑ ciuitatis magnificētiā hoc idē attributū quā q̊d prima primi Apoſtoli ſedes eē monſtratur vbi & nomen accepit religio Chriſtiana & quæ conuētum apoſtoloꝝ apud ſe fieri celeberrimū meruit, quæq; vrbis Romæ ſedi nō cederet, niſi q̊d illa in trāſitu meruit. Iſta ſuſcepto apud ſe cōſummatoq; gauderet. Itaq; arbitramur frater chariſſime, vt ſicut metropolitanos autoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros nō ſine ꝑmiſſu cōſciētiaq; tua ſinas ep̄os ꝓcreari. In ꝗbus hūc modū recte ſeruabis, vt longe poſitos literis datis ordinari cēſeas ab his ꝗ nūc eos ſuo tm̄ ordināt arbitratu, vicinos aūt ſi ęſtimas ad manus īpoſitionē tuæ gr̄æ ſtatuas ꝑuenire. Quoꝝ em̄ te maxima expectat cura, p̄cipue tuū debēt mereri iudiciū.

II ¶Nā q̊d ſciſcitaris vtrū diuiſis īperiali iudicio prouinciis, vt due metropoles fiant, ſi duo metropolitani ep̄i debēt noīari, nō vere viſum ē ad mobilitatē neceſſitatū mundanaꝝ dei eccleſiā cōmutari, honoreſq; aut diuiſiōes ꝑpeti, q̄s pro ſuis cauſis faciēdis duxerit imperator. Ergo ſecundū priſtinū prouinciaꝝ morē metropolitanos ep̄os cōuenit noīari. Cyprios ſane aſſeris olim Arrianæ impietatis potētia fatigatos nō tenuiſſe Nicęnos canones in ordinādis ſibi ep̄is, & vſq; adhuc habere p̄ſumptū, vt ſuo arbitratu ordinēt neminē cōſulētes. Quo circa ꝑſuademus eis, vt curēt iuxta canonū fidē catholicā ſapere, atq; vnū cū cęteris ſentire ꝓuincijs, vt appareat ſancti ſp̄us gratia, ipſos q̊q; vt oēs eccleſias gubernari.

III ¶Arrianos p̄terea cæteroſq; hmōi peſtes qui eoꝝ laicos cōuerſos ad dn̄m ſub imagine pœnitētiæ ac ſancti ſp̄us ſanctificatōe ꝑ manus impoſitionē ſuſcepimus, non videtur clericos eoꝝ cō ſacerdotij aut miniſterij cuiuſpiā ſuſcipi debere dignitate, qm̄ quibus ſolū

baptiſma ratum eſſe p̃mittimus quod vtiq; in noĩe p̃ris,& filij,& ſpũs ſancti p̃ficitur,nec ſpm̃ ſanctum eos habere ex illo baptiſmate, illiſq; myſterijs arbitramur, qm̃ cum à catholica fide eoꝝ authores diſcederẽt,p̃fectionẽ ſpũs quẽ acceperant,amiſerũt. Nam nec dare eius plenitudinẽ p̃nt,quæ maxime in ordinatõibus operaſ,quam p̃ impietatis ſuæ p̃fidiã potius, q̃ p̃ fidem dixerim p̃diderũt. Q̃uo fieri põt,vt eoꝝ ꝓphanos ſacerdotes dignos Chr̃i honoribus arbitremur,quoꝝ laicos imp̃fectos,vt dixi ad ſancti ſpũs p̃cipiẽdam grã̄m cum pœnĩæ imagine recipiamus? Grauitas itaq; tua hæc ad notitiã coep̃oꝝ, vel p̃ ſynodum ſi põt,vel per eoꝝ recitationẽ faciat p̃uenire,vt ea ipſe tam neceſſario percunctatus es, & nos tã elimiate r̃ndimus communi omnium conſenſu ſtudioq; ſeruentur.

¶ Ad Atticum Beroe Ep̃m de ſancto Iohanne Conſtantinopolitano Ep̃o.

E Ggaudere lr̃is fraternitatẽ tuã de receptis Paulini,vel Euagrij ep̃oꝝ clericis,populiſq;,& de reſtitutis Helpido atq; Papo coep̃is percẽſuimus, & vel ſero receptæ pacis grã̄m refouere poſtpoſita om̃i cõtẽptõe p̃uidimus. Vnde has ad p̃ſtantiſſimũ fratrẽ,& coep̃m nr̃m Alexandrum reddẽdas tuæ trãſmiſimus vnanimitati, videlicet, vt ſi oẽs inimicitiæ,oĩs æmulatio,tam de noĩe ſancti Iohannis Mirãdi ep̃i, q̃ de oĩbus eiuſdem cõmunionis participibus à tua animoſitate diſceſſit, has nr̃æ ſocietatis recipias lr̃as frater chariſſime,mõ vt oĩa quæ his actis firmata ſunt apud mediatorẽ nr̃m amabilẽ Alexandrũ, ore ꝓprio vt cõicantẽ conuenit,fatearis, vt em̃ nobis hæc vnanimitatis charitatiſq; cauſa venerabilis eſt,ſic inhęret ſolicita,ne q̃d obliquum,aut ſubciſiuũ eſſe in quoq̃ reſidere cognoſcaſ.

## Item Epiſtola Innocentij pape ad Laurentium Symenſen Epiſcopum.

¶De Bonoſiacis quod Iudæis ſint comparandi. Capitulum primum.

¶De ſuſcipiendis clericis quos Bonoſus anteq̃ damnareſ,ordinaſſe cognoſcitur. Capit.2.

¶Capitulum Primum.

F INnocẽtius Laurẽtio ep̃o Symẽſi. Diu mirati ſumus dilectõis tuæ lr̃is lectis hæreticos Fotini venena ſectãtes in territorio dilectõis tuæ nõ ſolũ eẽ,ſed publice ſibi cõuẽticula in aliquoꝝ poſſeſſiõibus p̃parare, cũ de toto pene orbe nuſquã tã multi q̃ apud vos delegerint habitare,quoꝝ doctrinę nepharię author Marcus dudũ de vrbe pulſus temeritatis tãta ductus ẽ audacia,vt primũ ſibi ĩter eos vẽdicet locũ. Sed ne vlterius debacchãdi habeãt facultatẽ, & aĩas ſimpliciũ, ac ruſticanoꝝ ſecũ in gehẽnã cui deſtinati ſunt,trahãt,actũ eſt aduerſus eos à defenſoribus eccl̃ię nr̃æ q̃ eos poſſint expellere,vt q̃ Chr̃m deũ ex p̃ris ſubſtãtia añ ſecula negãt genitũ hi cũ Iudęis q̃ eius deitatẽ negauerũt & nũc vſq; negãt,participiũ habeãt dãnatõis. Tuũ eſt frater chariſſime q̃ p̃cepta ſunt nõ ſegnius agere,ne plebẽ tibi creditã diſſimilatõe p̃das & incipias deo de p̃-

G

II ¶Innocẽtius Martiano ep̃o Naiſitano. Superiori t̃pe ſi t̃n rectè re- (ditis reddere rõnẽ, cordor,memini me tã ad dilectionẽ tuã q̃ ad frẽs,& coep̃os nr̃os Rufum,& cęteros hm̃õi lr̃as de clericis Naiſenſibus trãſmiſiſſe,his videlicet q̃ ſe añ dãnationẽ Bonoſi aſſerebãt ab eodẽ tã pbr̃os q̃ diaconos ordinatos,vt ſi relicto atq; dãnato eius errore vellẽt eccl̃ię copulari libẽter reciperenſ,ne forte q̃ eẽnt digni recuperãdę ſalutis in eodẽ errore deperirẽt,veꝝ nũc in Rauẽnati vrbe mihi cõſtituto ꝓpter Romani pp̃li neceſſitates celeberrimas Germaniũ q̃ aſſerit ſe eẽ pbr̃m atq; Lupẽtinũ q̃ ſe diaconũ dicit,ml̃toꝝ taliũ q̃ſi legatõe ſuſcepta p̃ce fuſa dolores ꝓprios exprimere geſtiuerũt,aſſerẽtes ſiq̃dẽ eccl̃ias in dilectõis tuę cõſtitutas parrochijs retinere,ſ; tuã cõionẽ nõ potuiſſe mereri videlicet ea rõne,q̃a Ruſticius q̃dẽ noĩe iterata ordĩatõe p̃ſbyteriũ ſuſcepiſſet,& nõ leui ĩpedimẽto ſit,dũ aut illi dolẽt hm̃õi hoĩem in eccl̃ia retinere, aut ille ſi peccare debere in alios arbitreſ,quẽadmodũ in ſe agnoſcit eſſe pc̃tm̃. Et q̃uis de eadẽ re plenius lr̃æ meæ cõtineãt,quas ſup̃ius memoraui,t̃n nũc etiã admonẽdã duximus fraternitatẽ tuã,vt ſi vere cõſtat aliq̃s añ dãnationẽ Bonoſi ab eodẽ ordinatos poſtea voluiſſe, vl̃ nũc velle reuerti eos recipiẽdos eẽ cẽſemus,maxĩe cũ memorati aſſerãt ſe in tm̃ anteriori t̃pe ordinatos vt ſc̃tẽ recordatõis viꝝ Corneliũ ep̃m Syrimẽſis vrbis, necnõ & frẽm nr̃m Nicetã alioſq; nõnullos fuiſſe p̃ntes,cũ honoribꝰ q̃s ſe hr̃e cõmẽorãt augerenſ,vñ fr̃ chariſſime,ſi eoꝝ aſſertio ſidẽ recipit veri,ſuſcipiẽdos eẽ ambigere nõ debes,q̃s tãdiu eccl̃ias ſibi creditas paſſus es retĩere.

## Item epiſtola eiuſdem ad epiſcopos Macedonie.

¶Vt ſi ſacerdos vel quilibet ex Clero viduam vxorẽ duxerit, vel eiectam,ſuum perdat officium 1

¶Vt ſi quis cathecuminus habuerit vxorem, & defuncta ea poſt baptiſmũ acceperit alteram,clericus eſſe non poſſit 2

¶Quod non admittantur Clerici ab hæreticis ordinati. 3

¶Quod

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶Quod in ordinationibus crimina, vel vitia non bene credātur auferri 4
¶Quod hi qui à Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret Eccleſiæ 5
¶Quod in Eccleſia peccatum populi multum ſoleat remanere 6
¶Quod ſurreptum fuerit Apoſtolicæ ſedi, & ſuam in melius ſententiam commutarit, qñ damnationem Fotini reſcidit 7

INnocētius Ruſo, & Euſebio, & cęteris ep̄is Macedonibus, & diaconis A
in dn̄o ſalutē. Magna me gratulatio habuit cū poſt diſcrimina totius
(vt ita dixerim) mūdi Vitalis archiadiaconus vr̄aꝝ portitor lr̄aꝝ ex
illis partibus ad nos vſqꝫ directus aduenit, quē cū vidiſſemus illico vt
oportebat pcūctati de vr̄o ſtatu ſumus, veꝝ vbi reperim⁹ vos ex ſnīa
degere deo nr̄o vberes grās retulimus q̊d vos famulos ſuos ſuis alta-
ribus ſeruiētes & in aduerſis tueṫ, & in ꝓſperis gubernare dignaṫ. Qui
cū tradidiſſet ep̄las, eas p̄cepi illico recēſeri, in qbus multa poſita eſſe
ꝓuidi, q̄ ſtuporē mētibus nr̄is indicerēt, facerētqꝫ nos nō modicū du
bitare, vtrū alr̄ putarem⁹ an ita illa eēnt poſita, quēadmodū ꝓſonabāt
Quæ cū ſæpius repeti feciſſem, aduerti ſedi ap̄licę fieri iniuriā ad quā relatio q̄ſi ad caput eccl̄ia
rū miſſa currebat, cuius adhuc in ambiguū ſnīa duceret. Vñ de qbus iādudū ſcripſiſſe me memi
ni, nūc iterare formā augmētis euidētioribus gemina pcunctatio veſtra compellit.

¶Capitulum Primum.

¶Eos q viduas accepiſſe ſuggeruntꝰ vxores, non ſolū clericos effectos agnoui, veꝝ etiā vſqꝫ ad B
infulas ſummi ſacerdotij ꝑueniſſe, qđ cōtra legis eē p̄cepta nullus ignorat. Nam cū Moyſes le
giſlator clamitet, ſacerdos vxorē virginē accipiat, ac ne in hoc p̄cepto aliqd putaret ambiguū
addidit nō viduā, neqꝫ eiectā, cōtra ꝙ p̄ceptū diuina autoritate ſubnixū nulla defenſio mādati
alterius opponit, niſi conſuetudo vr̄a, quæ vt ipſi fatemini ex ignorātia (vt verecundius dicā)
non ex Ap̄lica traditōe, & rōne integra, ſtatuta eſt. Nos aūt oēs qui ꝑ orientē occidentēqꝫ Ec
cleſias regimus, nouerit veſtra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad vltimū Eccleſiaſti
ci ordinis locum tales aſſumere, & ſi reperrti fuerint, ſubmouere.

II ¶Deinde ponit nō dici oportere Digamū eū, q cathecumin⁹ habuerit atqꝫ amiſerit vxorē C
ſi poſt baptiſmū fuerit aliā ſortitus, eāqꝫ primā videri q̄ nouo hoī copulata ſit, qa illud cōiugiū
poſt baptiſmi ſacr̄m cū cæteris criminibus ſit ablutū. Qđ cū de vna vtiqꝫ dr̄, certè ſi tres habue
rit in vetere poſit⁹ hoīe, vxor erit eius q̄ poſt baptiſmū q̄rta ē, ſic īterp̄tātib⁹ prima virginis æq̄
nomē accipiat q̄ q̄rto ducta ē loco. Quis oro iſtud nō videat cōtra ap̄li eē p̄ceptū, q ait, vnius
vxoris viꝝ opꝫ fieri ſacerdotē? Sed obijciṫ qđ in baptiſmo totū qcqd in vetere hoīe geſtū ē, ſit
lotū, dicite mihi cū pace vr̄a loq̊r, crimīa tm̄ dimittunṫ in baptiſmo, an & alia q̄ ſcđm dn̄i p̄ce-
pta, ac dei inſtituta cōplenṫ, vxorē ducere crimē ē, an nō ē crimē? Si crimē ē, ergo (p̄fata venia
dixerim) erit author in culpa q vt crimīa cōmitterenṫ in ꝑadiſo, cū ip̄e eos iūgeret, bn̄dixit. Si
vero nō ē crimē, qa q̊d de⁹ iūxit, nephas ſit crimē appellari, & Salomō addidit, etem̄ à deo p̄pa
raṫ viro vxor, qūo crediṫ īter crimīa eē dimiſſuꝫ, q̊d autore deo legiṫ cōſummatū? qd de taliū fi
lijs pcēſeṫ? Nunqd nō erūt admittēdi in hęreditatis cōſortio, qa ex ea ſuſcepti ſunt fuit q̄ añ ba
ptiſmū vxor? Erūtqꝫ appellādi ꝉ naturales ꝉ ſpurij, qa nō eē legitimū mr̄imoniū, niſi illđ vt vo
bis videṫ, ꝙ poſt baptiſmū aſſumiṫ. Ipſe dn̄s cū īterrogareṫ à Iudęis, ſi liceret dimittere vxorē,
atqꝫ exponeret fieri nō debere, addidit, q̊d ergo de⁹ iūxit, hō nō ſeparet. Ac ne de his locut⁹ eē
credaṫ, q̄ poſt baptiſmū ſortiunṫ, meminerīt hoc & à Iudæis interrogatū, & Iudæis eē rn̄ſum,
q̄ro, & ſolicitus q̄ro, ſi vna eadēqꝫ ſit vxor eius q añ cathecuminus ſuſceperit, poſt ea ſit fidelis,
filioſqꝫ ex ea cū eēt cathecuminus ſuſceperit, ac poſtea alios cū fidelis, vtrū ſint appellādi fr̄es,
an nō habeāt poſtea defuncto p̄re hęredes ſcđæ hęreditatis cōſortiū, qbus filioꝝ nomē rege-
neratio ſpūalis crediṫ abſtuliſſe. Qđ cū ita ſentire atqꝫ iudicare abſurdū ē, q̄ rō ē, hoc malū de-
fendidi, & vacua magis opiniōe iactari, quā aliq̄ authoritate roborari, cū nō poſſit inter pct̄ā
deputari, quod lex p̄cepit, & deus iūxit, & lex iūxit? Nunqd ſi quis cathecuminus virtutibus ſtu
duerit, humilitatē ſecutus fuerit, patiētiā tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos quali-
bet rōne eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatē tenuerit, q̄ro ſi hęc, cū fuerit fact⁹ fidel', amit
tit: qa ꝑ baptiſmū totū qđ vetus hō geſſerat, putaṫ auferri? Aſpiciam⁹ gētilē hoīem Corneliū
orōibus atqꝫ eleemoſynis ꝑ reuelationē angelū Petrūqꝫ ip̄m vidiſſe. Nunqd ꝑ baptiſmū hæc il
li ablata ſunt ꝓpter quæ ei baptiſmus videṫ conceſſus? Si ita crediṫ, mihi credite, nō modicū er
raṫ, qa qcqd bene geſtū fuerit, & ſcđm p̄cepta legalia cuſtoditum non pōt faciētibus deperire.
Nuptiaꝝ ergo copula, qa dei mandato ꝑficiṫ, non pōt dici pct̄m. Et ſi pct̄m non eſt, qa ſolui
inter pct̄ā omnino non debet, eritqꝫ integrum, æſtimare aboleri non poſſe prioris nomē vxo
ris, cum non dimiſſum ſit pro pct̄ō, quia ex dei ſit voluntate completum.

D III ¶Ventũ eſt ad tertiã queſtionẽ q̃ ꝑ ſui difficultate lõgiorẽ exigit diſputationẽ, cũ nos di
camus ab hæreticis ordinatos, vulneꝝ ꝑ illã manus ĩpoſitionẽ hr̃e caput. Vbi vulnus infixũ ẽ,
medicina ẽ adhibẽda, q̃ poſſit recipere ſanitatẽ. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice
eẽ nõ poterit, atq; vbi pœnĩæ remediũ neceſſariũ ẽ, illic ordinatõis honorẽ locũ nõ poſſe hr̃e.
Nã ſi vt legiť qď tetigerit ĩmũdus imũdũ erit, quõ ei tribueť, qď mũdicitia ac puritas cõſueuit
accipere? Sed ecõtrario aſſeriť eũ, q honorẽ amiſit, honorẽ dare non poſſe, nec illũ aliqd acce
piſſe, qa nihil in dãte erat, qď ille poſſet accipere, acquieſcimus, & veꝝ ẽ certe q̊d q nõ habuit,
dare nõ potuit. Dãnationẽ vtiq; quã habuit, ꝑ prauã manus impoſitionẽ dedit, & q particeps
effectus eſt damnato, quõ debeat honorẽ accipere, inuenire non poſſum.

E IIII ¶At diciť vera ac iuſta legitimi ſacerdotis bñdictio auferre om̃e vitiũ qď à vitioſo fuerat
iniectũ. Ergo ſi ita eſt, applicenť ad ordines ſacrilegi, adulteri, atq; oĩm criminũ rei, q à bñdi-
ctiõe ordinatõis crimina, vľ vitia putanť auferri, nullus ſit pœnĩæ locus, qa id põt p̃ſtare ordi-
natio, qď longa ſatisfactio p̃ſtare cõſueuit. Sed nr̃æ lex Eccleſiæ eſt veniẽtibus ab hæreticis q
tñ illic baptizati ſunt ꝑ manus impoſitionẽ laicam tm̃ tribuere cõmunionẽ, nec ex his aliquẽ
in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.

F V ¶At vero hi q à catholica fide ad hæreſim trãſierũt q̊s nõ aliter oportet, niſi pœnĩa ſuſci
pi apđ vos nõ ſolũ pęnĩaꝫ nõ agũt, veꝝ etiã honore cumulanť. Sed Aniſij q̊ndã fratris nr̃i alio
rũq; ſacerdotũ ſumma deliberatio hæc fuit, vt q̊s Bonoſus ordinauerat, ne cũ eodẽ remanerẽt
ac fieret nõ mediocre ſcãdalũ ordinati remanerẽt, vicimus (vt opinor) ambigua, iã ergo qđ ꝓ
remedio ac neceſſitate tpis ſtatutũ eſt cõſtat primitus nõ fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres, q̊s ab
apľis vľ apľicis viris traditas eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiẽdasq; mãdat his, q eã audire cẽ
ſuerũt. Sed neceſſitas tpis id fieri magnoꝑe poſtulabat. Ergo qď neceſſitas ꝓ remedio reperit
ceſſante neceſſitate, debet vtiq; ceſſare pariter qď vrgebat, qa alius ẽ ordo legitimus, alia eſt
vſurpatio quã ad pñs tp̃s fieri ĩpellit. Sed canones apud Nicęã cõſtituti de Nouatianis fieri ꝑ-
miſerũt, prius ille canõ à p̃ribus ĩſtitutꝰ ponẽdus ẽ, vt poſſimus aduertere, vľ qđ, vľ qualr̃ ab eiſ
dẽ ſenſum ſit illud p̃ceptũ, de his, inqt, q noĩant ſeip̃os catharos. i. mũdos, & aliqñ veniũt ad ca
tholicã Eccleſiã placuit ſanctæ & magnæ ſynodo, vt accepta manus ĩpoſitõe, ſic maneat in cle
ro. Poſſumus vero dicere de ſolis his Nouatianis eẽ p̃ceptũ, nec ad aliaꝝ hęreſum clericos ꝑti-
nere. Nã ſi vtiq; de oĩbus ita definirẽt, addidiſſent à Nouatianis alijsq; hæreticis reuertẽtes de
bere in ſuũ ordinẽ recipi. ¶Qď ſi ita eẽt etiã illud maxĩe qď de Paulianiſtis dictũ ẽ, poterit cõ-
firmare à qbus veniẽtes etiã baptizari p̃cipiunť, nunqd nã cũ de Paulianiſtis iubẽt oẽs q ab hæ
reticis reuertunť, erũt hoc exẽplo baptizãdi? Qď cũ nullus audeat facere de ipſis tm̃ eſſe p̃ce-
ptũ rõ ipſa demõſtrat, deniq; baptizatos ritè ab Euãgeliſta Philippo, Petrus, & Iohãnes ſola
manus ĩpoſitõe cõſummãt, illos vero q̊s apľs Paulus Iohãnis baptiſmate baptizatos repererat
interrogauit, an ſpm̃ ſctm̃ accepiſſent, fatẽtibusq; ſe ne illud qdẽ nomẽ audiſſe, iuſſit eos bapti
zari, videtis ergo rectè baptizatos illo dono iterare nõ poſſe & alr̃ ſola aq̃ lotos baptizari in no
mine p̃ris, & filij, & ſpũs ſancti, neceſſariũ ꝓuideri, ita & de Nouatianis tm̃ iuſſum eẽ lucida ma
nifeſtatõe ꝑlegiť. Qď idcirco diſtinctũ eẽ ipſis duabus hęreſibus rõ manifeſta declarat, qa Pau
lianiſtę in noĩe p̃ris, & filij, & ſpũs ſctĩ, minime baptizãt, nec apud iſtos de vnitate ꝑtãtis diuĩæ
hoc ẽ, p̃ris, filij, & ſpũs ſancti q̃ſtio aliqñ cõmota ẽ, & ideo oĩbus ſegregatis hęc ſola electa ẽ, cui
iſtud crederẽt cõcedendũ, qa nihil in p̃ris, & filij, & ſpũs ſancti ſacr̃o peccarẽt. Si qs vero de fi-
de catholica ad hæreſim tranſiẽs, aut fidelis ab apoſtaſia reuertẽs, & reſipiſcẽs redire voluerit,
nunqd eadẽ rõne poterit ad cleꝝ ꝑmitti, cuius cõmiſſum nõ niſi ꝑ lõgã pęnĩam poterit abole
ri, nec poſt pœnĩam clericũ fieri ipſi canones ſuà authoritate ꝑmittũt, vñ cõſtat q de catholica
ad Bonoſum trãſierũt dãnatũ, atq; paſſi ſunt, aut cupierũt ab eodẽ ordinari nõ oportuiſſe ordi
dinatõis eccľiaſticæ ſuſcipere dignitatẽ, q cõe oĩm eccleſiaꝝ iudiciũ deſerẽtes ſuã ſpiritualr̃ in
Bonoſo vnitatẽ ſequẽdã eẽ dixerũt. Sed multos cõſtat vim paſſos atq; inuitos attractos repu-
gnãteſq; ab eodẽ ordinatos. Dicat mihi volo qſqs hoc credit, ſi non poſt ordinationẽ Bonoſi
interfuit, cũ cõficeret ſacr̃a, ſi cõicationi eius participatus nõ eſt, ſi ſtatim diſcedẽs de eius peſſi
mo cõciliabulo ad Eccleſiã redijt, iſte talis põt hr̃e colorẽ aliquẽ excuſatõis. Cęteꝝ q poſt an-
nũ aut mẽſem ad eccleſiã redierũt, intelligimus eoſq; q in catholicã nouerãt ſe ꝓpter vitia ſua
nõ poſſe ſuſciꝑe ordinationẽ, idcirco ad illũ ꝑrexiſſe q paſſim, & ſine vlla diſcuſſiõe ordinatões
illicitas faciebat credẽtes, ſe poſſe ꝑ iſtã inſtitutionẽ locũ in eccľia catholica reciꝑe, de q̊ antea
deſperarãt. Nũc illud qď ſuꝑeſt rogo, q poſt mẽſem, aut eo amplius redijt, cũ ſe pbr̃m à Bono
ſo cõſideret ordinatũ, ſi nõ ſacr̃a cõfecit, ſi nõ ppľis tribuit, ſi nõ miſſas ſcđm cõſuetudinẽ com
pleuit, qđ de his cẽſeatis, quęſo ꝓmatis apertius. Ad ſummã certe q nihil à Bonoſo acceperũt
rei ſunt vſurpatę dignitatis q conficiẽdoꝝ ſacr̃oꝝ ſibi vẽdicauerũt authoritatẽ, atq; ad ſe pu-
tauerunt eſſe quod de his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

¶Perul

VI ¶Peruideat ergo dilectio veſtra hactenus talia trãſiſſe,& aduertite q̃d vtiq;,vt dicitis ne A
ceſſitas iperauit in pace iã eccl'ias cõſtitutas nõ p̃ſumere,ſed vt ſępe accidit,quotiẽs à ppl'is,aut
à turba peccat,quia in oẽs ꝓpter multitudinẽ nõ põt vindicari, multũ ſoleat trãſire.Priora er
go dimittẽda dico dei iudicio,& de reliquo maxima ſolicitudine pręcauẽdum.
VII ¶Veniã nũc ad maximũ quaſi ad q̃ddã thema fontiũ,& q̃d mihi anxiũ eſt,ac difficillimũ B
maioꝝ reuoluã ſnĩas.Fuerat de illo quoquo pacto, vt etiã ipſi cõmeminiſtis aliud vtiq; graui
us cõſtitutũ,veꝝ q̃m id ꝑ rumorẽ falſum, vt aſſeritis ſubreptũ huic ſedi,& elicitũ ꝑ inſidias de-
mõſtratis,q̃a res ad ſalutẽ redijt,veniã nos hãc in tm̃ vobis annitẽtibus poſt cõdẽnationẽ mo
re apl'ico ſubrogamus,tãtiſq; vr̃is aſſertõibus vobiſq; tã bonis,tã charis nõ dare cõſenſum oĩ-
bus durius rebus arbitramur.Pro vr̃a ergo approbatione frẽs chariſſimi,& ſnĩa,ac poſtulatõe
ep̃m Fotinũ Labetote,licitũ eſt ita cõſtituere,vt dep̃camini,& noſtrã in melius cõuerſam ſen-
tẽtiam labore,vel teſtimonio nr̃o cõpotẽ verbis ſuſcipite,atq; Euſtachiũ à me ſæpiſſime com
probatũ nolite expectare,vt diaconij gratia ſpoliet,ſolicitos enim vos ꝓ ſalute libenter audio
cõtra caput etiã ſe faciẽdum eſt nõ libẽter admitto.Cui manũ porrigitis vobiſcũ porrigo.Cui
porrigo,mecũ porrigite.Hæc em̃ ad Corinthios apl'ica eſt declarata benignitas,vt in vno ſpũ
ductã ac reductã ſnĩam boni ſemꝑ indifferẽter ſequant.Nam fateor hæc me primũ,res bñ ha-
bet erga Euſtachiũ diaconũ,q̃d nec contra fidẽ quicq̃ locutus ſit, nec loquentẽ admiſerit, nec
ad mortẽ crimẽ aliq̃d cõmiſiſſe,vel iactatũ vnq̃ vel fictũ cognouerim. Et quia in his ſaluus eſt
ſi quo pacto cõuerſatões amabiles nõ habet habẽdus eſt,vt minus ꝓ tpe dilectus,nõ vt inimi-
cus ęſtimatus diabolo in ꝑpetuo mancipãdus.Cognoſco illũ inter illas ſimultates,ac turbines
cõtra multoꝝ ſtudia nõ dico qualia diuerſa ſenſiſſe,& cũ hinc res ac calamitates ipſæ emẽdatæ
ſint adhuc Dizoniani , & Siriaci ſubdiaconoꝝ nõ potuiſſe apud vos emẽdationẽ reuiuiſcere.
Cõpeſcite quęſo ab illo prædictiſq; quoꝝcũq; videtis animos,an nõ iuſtas æmulatões,vt ipſe
apud nos integer,apud vos cũ ſuis reparatus mereat pacẽ non fictã ꝓuidẽs charitatẽ. Omni-
bus igit vobis ac ſigillatim occurrat charitas , & vinculis quæ nullis modis à Chriſto ſoluunt
vobiſcum pariter in perpetuum connexa lætetur in domino.

## Ad ſynodum in Tholoſana ciuitate conſtitutam


¶De Hiſpanorum reprehenſione qui inordinate conſtituunt clericos 1
¶Vt cauſidici vl' curiales vel ſeculari militiæ dediti ad clerum non admittantur 2
¶Vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur 3
¶De commemoratione Nicæni Concilij, in quo ſupradicta prohibẽtur 4
¶Quales eligendi ſunt in ordine Clericorum. 5
¶De eõ qui ante baptiſmũ vxorem habuit, & poſt baptiſmũ aliam, clericus non fiat. 6


¶Capitulum Primum.

INnocentius vniuerſis ep̃is in Tholoſana ſynodo conſtitutis dulciſſimis fratri- C
bus in dñ̃o ſalutẽ . Sæpe me & nimiũ cum teneret cura ſolicitũ ſuꝑ diſſenſionis
ſchiſmata Eccleſiaꝝ,quod malum ꝑ Hiſpanias latius in dies ſeparationis gradu
incedere fama ꝓloquit,neceſſariũ tp̃s emerſit quo non poſſit emẽdatio tãta dif
ferri,& deberet congrua medicina ꝓuideri . Nam de ordinatõibus quas prauæ
conſuetudinis vitio Hiſpaniẽſes ep̃os celebrare cognoſcimus fuerat aliq̃d ſcd̃m
maioꝝ traditionẽ ſtatuẽdũ,niſi ꝑpẽderemus ne ꝑturbatões q̃plurimas Eccleſiis moueremus
Quoꝝ factũ ita rep̃hendimus,vt ꝓpter numeꝝ corrigendoꝝ, ea quæ quoquo facta ſunt non
in dubium vocemus,ſed dei potius dimittamus iudicio.

¶Capitulum Secundum.

¶Quantos enim ex eis qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in Forenſi exercitatione verſati D
ſunt,& obtinendi pertinaciam ſuſceperunt aſcitos ad ſacerdotium eſſe comperimus, è quoꝝ
numero Rufinus,& Gregorius perhibentur.Quantos ex militia qui cum poteſtatibus obedie
runt ſęuera neceſſario præcepta ſunt executi,quantos ex curialibus qui dum parent poteſtati
bus quæ ſibi ſunt,imperata fecerunt,quantos qui voluptates,& ſeditiones populo celebrarũt,
ad honorem ſummi ſacerdotij perueniſſe.Quorum omnium neminem ne ad ſocietatem qui-
dem ordinis clericorum oportuerat perueniſſe.Quæ ſingula diſcutienda mandemus non mo
dicos motus,aut ſcandala Hiſpanienſibus prouincijs,quibus mederi cupimus de ſtudio emen
dationis indicemus,idcirco remittenda potius hæc putamus.Sed ne deinceps ſimilia commit
tantur,dilectionis veſtræ maturitas prouidere debebit , vt tantæ vſurpationi ſaltem nunc fi-
nis neceſſarius imponatur,eo videlicet conſtituto,vt quicunq; tales ordinati fuerint cum or-
dinatoribus ſuis deponantur.

¶Poſt

E III ¶Poſt hęc ſi qs aduerſus formas canonũ, vl' eccl'iaſticũ ordinẽ, vl' ad ipm ſacerdotiũ veni
re tẽtauerit vnà cũ ordinatorib' ſuis ipſo in q̃ inuẽti fuerit ordine, & honore priuent. Et q̃uis
dilectiõi vr̃æ frẽs chariſſimi regulæ Nicęnę ſint cognitę, ſcd̃m q̃s ordines eẽ faciẽdos decernẽ
tes, tñ aliquã partẽ q̃ de ordinatõibus ẽ prouiſa iſerẽdã putaui, vt ſcd̃m eã ordinatões in poſte
rũ celebrãdas eẽ ſciamus, nec interp̃tandi al'r liberꝝ arbitriũ relinquat. Hæc primũ q̃ ſunt phi
F IIII ¶Ne q̃ſpiã q poſt baptiſmũ militauerit, ad ordinẽ debeat clericatus (bita digerant.
admitti, neq; q cauſas poſt acceptũ baptiſmũ egerint, aut q poſt acceptã dei grãm adminiſtra
uerint, neq; de curialibus aliquẽ ad Eccl'iaſticũ ordinẽ venire poſſe, q poſt baptiſmũ vl' coro-
nati fuerint, vl' ſacerdotiũ q̃d dr̃ ſuſtinuerint, & æditões publicas celebrauerint. Nã & hoc de
carnalibus ẽ cauẽdũ, ne ĳdẽ q ex curialibus fuerint aliq̃n à ſuis curĳs qd' frequẽter videmus ac
cidere poſcant. Quæ oĩa rationabil'r ꝑhibita oportet modis oĩbus cuſtodiri.
G V ¶Quales vero elegẽdi ſũt in ordĩe clericorũ euidẽs forma declarat. i. q ab ĩeũte etate bap-
tizati fuerit, & lectorũ officio ſociati, vl' ſi maiores ſũt cũ fuerit dei gratiã cõſecuti, ſi ſtatĩ ſe ec-
cl'iaſticis ordĩb' mãcipauerit, & ſi vxores habuerit, q̃rẽdũ ſi vxorẽ virginẽ habuerit, qa ſcrip-
tũ in veteri teſtamẽto, vxorẽ virginẽ accipiat ſacerdos, & alibi, ſacerdotes mei ſemel nubant,
neq; q duas vxores habuerit, quia Paulus apoſtolus ait, vnius vxoris virum.
H VI ¶Nec illud debere admitti quod aliquãti ꝓ defenſiõe praui erroris opponũt, & aſſerũt
qd' añ baptiſmũ oĩa dimittunt, nõ intelligẽtes hmõi qd' ſola in baptiſmo pc̃tã dimittunt, non
vxoris nũerus abolet. Nã ſi à deo vt ſcriptũ ẽ p̃parat viro vxor, & deus iũxit, hõ nõ ſeparet, &
ĩpi authores gñis humani in origine à deo bñdicunt, qũo inter pc̃tã iſta credunt poſſe dimitti:
qd' ſi ſcd̃m illos q ita credũt, verꝝ ẽ, ergo oĩs iuſtitiæ qua cathecuminis añ baptiſmũ fuerit ope
rata p baptiſmũ auferat, nullus ergo cõtra apl'os tale aliqd ſentiat, nec adimat, ſed fidel'r intelli
gat vni' vxoris virꝝ, ſiue añ baptiſmũ eẽ noĩatũ, ſiue poſt baptiſmũ. Siue em̃ vxor añ baptiſmũ
accepta nõ ducit in numerꝝ, nec filĳ ex eadẽ ſuſcepti inter filios debẽt cõicari. Qd' quã abſur-
dũ ſit atq; alienũ prũdẽtia vr̃a melius æſtimabit, vñ neminẽ liceat interp̃tari aliter diuinas ſcri-
pturas, niſi q̃d recta rõ pmittit, ne dũ qdẽ remedia ſibi iniquã ad excuſationẽ p̃parãt, ex eo ru-
piſſe legẽ, & regulas euertiſſe iudicent, ſed ea tenẽda ſunt quæ diuinarꝝ ſcripturarꝝ ſeries conti
net, & à ſacerdotibus vtili rõne ſunt cõſtituta, bene valeatis fratres chariſſimi.

## Epiſtola Concilij Carthaginẽſis ad ſanctum Innocentium Papam.

I DOmino beatiſſimõ & honoratiſſimo fratri Innocẽtio papæ, Aurelius, Numidi-
us, Ruſticianus, Fidẽtius, Euagrius, Antonius, Palatinus Adeodatus, Vincẽtius
Publianus, Theaſius, Tutus, Pãnonius, Victor, Reſtitutus, alius Reſtitutus, Ru-
ſticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatian' Adeodatus, Octaui
us, Serotinus, Maiorinus, Porturianus, Criſpolis, Victor, alius Victor, Leutius,
Marinus, Fructuoſus, Fauſtinianus, Quoduultdeus, Cãdorius, Maximus, Magarius, Ruſticus,
Rufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus, Quoduultdeus, Pẽ
tadius, Cyprianus Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venãtius, Dydimus, Saturninus, Bazecenus
Germanianus, Germamenus, Iuuẽtius, Maiorinus, Iuuẽtius, Cãdidus, Cyprianus, & Emilian'
Romanus, Aphricanus, & Marcellinus, q in Cõcilio eccl'ię Carthaginẽſis affuimus. Cũ ex mo
re ad Carthaginẽſem eccleſiã ſolẽniter veniremus, atq; ex diuerſis cauſis cõgregata ex nobis
ſynodus haberet cõpbr̃ nr̃ Oroſius nobis lr̃as ſanctorꝝ fratrũ, & cõſacerdotũ nr̃orꝝ dedit Aue
rothis & Lazari, q̃rꝝ formã his cõſtituimus eẽ ſubdẽdã. His ergo lectis Pelagiũ, & celeſtiũ auto
res nefarĳ ꝓrſus, & anathematizãdi ab oĩb' nob̃ erroris aduertimus. Vñ factũ ẽ, vt recẽſendũ
peteremus qd añ q̃nquẽniũ ſup Celeſtĳ noĩe hic apd' eccleſiã carthaginẽſe; fuerit exagitatũ.
Quo recitato ſicut ex ſubditis aduertere poterit ſctĩtas tua q̃uis iudicatio manifeſta cõſtaret,
qa in illo tp̃e ep̃ali iudicio exciſum hoc tm̃ vulnus ab eccleſia videret, nihilominus tñ id cõi de
liberatõe cẽſuimus, vt hmõi pſuaſiõis authores q̃uis & ad p̃sbyteriũ idẽ Celeſti' poſtea pueniſ
ſe dicat, niſi hi aptiſſime anathematizauerĩt, ipos q̃q; anathematizari oportet, vt ſi iporꝝ nõ po
tuerit, ſaltẽ eorꝝ q decepti ſunt ab eis, vel decipi pñt cognita ſnĩa q̃ in eos lata ẽ, ſanitas ꝓcuret.
Hoc itaq; geſtũ dñe frater ſanctę charitati tuæ ĩtimãdũ duximus, vt ſtatutis nr̃æ mediocritatis
etiã apl'icę ſedis adhibeat authoritas ꝓ tuẽda ſalute ml'torꝝ, & q̃rũdã etiã puerſitate corrigẽda.
Id em̃ agũt iſti dãnabilib' diſputatõib' ſuis vt nõ defendẽdo, ſ; potius in ſacrilegã ſupbiã extol
lẽdo liberꝝ arbitriũ nullũ reliquãt locũ gr̃æ dei q̃ Chr̃iani ſum'. Qua & idip̃m nr̃ę volũtatis arbi
triũ vere ſit liberꝝ, dũ à carnaliũ cõcupiſcẽtiarꝝ dñatõe liberat dicẽte dño: Si vos fili' liberauerit
tũc vere liberi eritis. Qd̃ auxiliũ fides ĩpetrat, q̃ ẽ ĩ chr̃o Ieſu dño nr̃o. Iſti ãt aſſer̃t (ſicut à fr̃ib' q
eorꝝ libros leger̃t cognouim') ĩ eo dei gr̃am putãdã, q; talẽ hoĩs ĩſtituit creauitq; naturã, q̃ p ꝓ-
(priã volun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

volũtatẽ legẽ dei poſſit implere ſiue naturalr̃ in corde cõſcriptã, ſiue in lr̃is datã, eandẽ quoqꝫ
legẽ ad grãm ꝑtinere, q̊d illã deus in adiutoriũ hoĩbꝰ dedit, illã vero grãm qua vt dictũ ẽ Chr̃ia
ni ſumus, cuius Apl̃s p̄dicator ẽ, dicẽs: cõdelector em̃ legi dei ſcd̃m interiorẽ hoĩem, video aũt
aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ, & captiuãtẽ me in lege pc̃ti, q̃ ẽ in mẽbris
meis, miſer ego hõ qs me liberabit de corꝑe mortis huius, gr̃a dei ꝑ Ieſum Chr̃m dñm nr̃m, no
lũt oẽs cognoſcere oĩno, nec apte qdẽ oppugnare audẽt. Sed qd aliud agũt cũ hoĩbus aĩalibus
nõ ꝑcipiẽtibus quę ſunt ſpũs dei, ꝑſuaderi nõ ceſſant ad oꝑandã ꝑficiẽdamq́ꝫ iuſtitiã, & dei mã
data cõplẽda ſolã ſibi humanã ſufficere poſſe naturã, nõ attẽdẽtes q̊d ſcriptũ eſt: ſpũs adiuuat
infirmitatẽ nr̃am, & nõ volẽtis neqꝫ currẽtis, ſed miſerẽtis ẽ dei, & q̊d vnũ corpꝰ ſumꝰ in Chr̃o
Ieſu, ſinguli ãt alter alterius mẽbra hñtes, dona diuerſa ſcd̃m grãm q̃ data ẽ nobis, & dei ſum id
qđ ſum, & gr̃a eius in me vacua nõ fuit, ſed plus oĩbus illis laboraui, nõ ego ãt, ſed gr̃a dei mecũ
& grãs ago deo q dedit nobis victoriã ꝑ dñm nr̃m Ieſum Chr̃m, qa idonei nõ ſumus aliqd co
gitare quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo ẽ, & habemus theſauꝝ iſtũ in vaſis ficti
libus, vt eminẽtia ſit virtutis dei & nõ ex nobis, & innumerabilia q̃ de ſcripturis oĩbus ſi colli-
gere volumus tomus nõ ſufficit, & veremur ne apud te tꝑa iſta cõmemorãdo q̃ maiore gr̃a de
ſede apl̃ica p̄dicas incõueniẽter facere videamur, ſed ideo facimus, qa in eo qđ infirmiores ſu-
mus quaqua verſus qſqꝫ nr̃m verbũ dei p̄dicãdo putat̃ attẽtior, crebrius eos patimur in nos au
dacius inſurgẽtes. Si ergo Pelagius ep̃alibus geſtis q̃ in oriẽte cõfecta dicunt̃ oĩa tuæ venera-
tiõi iuſtè viſus fuerit abſolutus, error tñ ipſe, & ĩpietas q̃ iã multos aſſertores hẽt ꝑ diuerſa diſꝑ-
ſos, etiã apl̃icæ ſedis authoritate anathematizãda eſt. Cõſideret em̃ ſc̃titas tua, & paſtoralibus
nobis cõpatiat̃ viſceribus, quã ſit peſtiferꝝ & exitiale ouibus Chr̃i qđ iſtoꝝ ſacrilegas diſputa-
tiões neceſſario ſequit̃, vt nec orare debeamus, ne intremus in tẽtationẽ, qđ dñs diſcipulos mo-
nuit, & poſuit in or̃one quã docuit, vt nõ deficiat fides nr̃a qđ ꝓ apl̃o Petro ſe rogaſſe ipſe te-
ſtatus ẽ. Si em̃ poſſibilitate naturæ, & arbitrio volũtatis in ꝑtãte ſunt cõſtituta, qs nõ ea videat
inaniter à dño peti, & fallaciter orari cũ orãdo poſcunt̃, q̃ naturæ iã ita cõditæ ſufficiẽtibus vi
ribus obtinent̃, nec debuiſſe dicere dñm Ieſum Chr̃m, vigilate & orate, ſed tm̃mõ vigilate, vt
nõ intretis in tẽtationẽ, nec btiſſimo Petro primo apl̃oꝝ, rogaui ꝓ te, ſed moneo te, vl̃ impe-
ro ac p̄cipio, ne deficiat fides tua. Cõtradicit̃ em̃ iſtoꝝ cõtẽptõe bñdictõibus nr̃is, vt incaſſum
ſupra ppl̃m dicere videamur, qcqd eis à dño p̄camur, vt rectè ac piè viuẽdo illi placeãt, vel illa
quæ ꝓ fidelibus p̄cat̃ Apl̃s, dicẽs: Flecto genua mea ad patrẽ dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, ex quo oĩs pa-
ternitas in cœlo & in terra noĩat̃, vt det nobis ſcd̃m diuitias gloriæ ſuæ virtuti corroborari ꝑ
ſpm̃ eius. Si ergo voluerimus bñdicẽdo ſuꝑ ppl̃m dicere: da illi virtutẽ dñe corroborari ꝑ ſpm̃
tuũ, iſtoꝝ nobis diſputatio cõtradicit, affirmãs liberꝝ negari arbitriũ, ſi hoc à deo poſcit̃, qđ in
nr̃a ꝑtãte eſt, virtute em̃ corroborari ſi volumus, inquiũt, poſſumus, ea poſſibilitate naturæ nõ
mĩæ quã nũc accipimus, ſed quã cũ crearemur accepimus. Paruulos etiã ꝓpter ſalutẽ q̃ ꝑ ſal-
uatorẽ Chr̃m dat̃ baptizãdos negãt, ac ſi eos mortifera doctrina in ęternum necãt, ꝓmittẽtes
etiã ſi nõ baptizant̃, habituros vitã æternã, nec ꝑtinere ad eos de qbus dñs ait: Venit em̃ filius
hoĩs q̃rère & ſaluare qđ perierat. Quia inquiũt iſti nõ perierãt, nec eſt qđ in eis ſaluet̃, vl̃ tãto
p̄cio redimant̃, quia nihil eſt in eis viciatũ vl̃ tenet̃ ſub diaboli ꝑtãte captiuũ, nec ꝓ eis fuſus eẽ
ſanguis in remiſſionẽ legit̃ pc̃tõꝝ. Quãq̃ ꝑ baptiſmũ Chr̃i etiã paruuloꝝ dicãt fieri redẽptio-
nẽ. Libello vero ſuo Celeſtius in Carthaginẽſi Eccleſia iam cõſeſſus eſt. Sed multi eoꝝ q ꝓhi-
bent̃ eẽ vel fuiſſe diſcipuli, hæc mala qbus fundamẽta Chr̃ianæ fidei conant̃ euertere, quacũqꝫ
pñt aſtutia affirmare nõ ceſſant, vñ etiã ſi Pelagius Celeſtiusq́ꝫ correcti ſunt, vel iſta nunq̃ ſen
ſiſſe ſe dicũt, & q̃cũqꝫ ſcripta cõtra eos ꝓlata fuerint, ſua eſſe negabunt, nec eſt quẽadmodũ de
mẽdacio cõuincant̃, gñaliter tñ quicũqꝫ dogmatizat, & affirmat humanã ſibi ad vincẽda pc̃tã
& dei mãdata faciẽda ſufficere poſſe naturã, & eo modo gr̃æ dei quæ ſanctoꝝ euidẽtius or̃oni
bus declarat̃ aduerſarius inuenit̃, & qcũqꝫ negat paruulos ꝑ baptiſmũ Chr̃i à ꝑditõe liberari &
ſalutẽ percipere ſempiternã, anathema ſit. Quęcũqꝫ aũt alia eis obijciunt̃ nõ dubito veneratio
nem tuam cũ geſta epiſcopalia ꝑſpexerit, quæ in oriẽte eadẽ cauſa confecta dicunt̃ id indica-
turam, vnde oẽs in dei miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis dñe beatiſſime papa.

¶Reſcriptum Innocentij papæ ad Concilium Carthaginenſe.

INnocentius Aurelio & omnibus ſanctis ep̃is, & cæteris qui in concilio Carthaginenſi A
affuerunt Eccleſiæ dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem. Inquirendo de his rebus
quas om̃i cum ſolicitudine decet à ſacerdotibus, maxime à vero iuſtoq́ꝫ & catholico tra-
ctari Concilio antiquæ traditionis exempla ſeruantes, & Eccleſiaſticæ memores diſcipli
næ, noſtræ religionis vigorẽ mentis non minus nunc in conſulẽdo quam antea cum pronun-
tiaretis vera ratione firmatis qui ad noſtrum referendum approbatis eſſe iudicium, ſciẽtes qđ
apoſtolicæ ſedi (cum oẽs hoc loco poſiti ip̃m ſequi deſideremus Apoſtolũ) debeat̃, à quo ipſe
Epiſco

Epiſcopatus & tota authotitas huius noĩs emerſit. Quem ſequentes cum mala tam damnare
cauemus q̃ probare laudanda, vł id vero quod pr̃m inſtituta ſacerdotali cuſtodiẽtes officio
nõ cẽſetis eẽ calcanda. Quod illi non humana, ſed diuina decreuere ſnĩa, vt qcqd q̃uis de diſiũ
ctis remotiſq́ꝫ ꝓuincijs cogeret, non prius ducerẽt finiẽdum, niſi ad eius ſedis notitiam ꝑueni
ret, vt tota huius authoritate iuxta quæ fuerit ꝓnuntiatio firmaret, indeq́ꝫ ſumerẽt cæteræ Ec
cleſiæ velut de natali ſuo fonte aquæ cunctæ ꝓcederẽt, & ꝑ diuerſas totius mũdi regiones pu
ri capitis incorrupti manarẽt, quid p̃cipere, quos abluere, quos veluti in cęno imundabili ſor
didatos mũdis digna corpibus vnda vitaret. Gratulor igit̃ chariſſimi frẽs q̊d ꝑ frẽm & coeꝑm
nr̃m Iuliũ lr̃as ad nos deſtinaſtis, & cũ ꝓ illis curã geritis q̃bus p̃ſidetis Eccleſiis, ſolicitudinẽ ve
ſtram ꝓ oĩm vtilitate monſtratis, & ꝑ cunctas totius orbis Eccleſias oĩbus vna q̊d ꝓſit decer
nendũ eẽ depoſcitis, vt ſuis cõſtabilitæ regulis Eccleſiæ, & hoc q̊d illos caueat ꝓnũtiatõis iuſte
firmata decretalibus petere nõ poſſit, q ꝑuerſis ĩſtructi imò deſtructi verboꝝ argutijs ſub ima
gine Catholicæ fidei diſputãtes velut peſtiferꝝ exhalantes virus, & vt hoĩm recte ſentiẽtiũ in
deteriorẽ partẽ corda corrũpant, tutã veri dogmatis quærũt euertere diſciplinã. Sanandũ er
go celerius ne longius execrãdus animis morbus inſerpat, vt ſi medicus cũviderit huius terre
ni corporis aliquẽ eẽ languorẽ magnũ ſuæ artis ęſtimat documẽtũ, ſi cito qs illius interuẽtu de
ſperatus euadat vł cũ poſt ſe putre vulnus aſpexerit, adhibet fomẽta vł cętera q̃bus illud poſſit
qd' natũ fuerat vulnus obduci. Ac ſi id manẽs ſanari nõ poterit, ne corpus reliquũ ſua tabe cor
rũpat, ferro amputet q̊d nocebat, q̊d reliquũ integrũ & ſeruet intactũ. Præcidẽdum ergo, id ẽ
q̊d velut puro ſanoq́ꝫ nimiũ corpori vulnus obrepſit, ne cũ tardius abſtergit̃ in ipſis pęnę viſce
ribus huius mali nõ hauriẽdi poſt ſentina cõſidat. Nam qd nos de his poſt hæc rectũ mẽtibus
æſtimemus q ſibi ſe putãt debere q̊d boni ſunt, nec illũ conſiderant, cuius q̊tidie grãm conſe
quunt̃. Sed iam iſti q tales ſunt nullã dei grãm cõſequunt̃ q ſine illo tm̃ aſſeq ſe poſſe cõfidunt,
quãtũ vix illi q ab illo poſtulabãt, & accipiũt, ꝓmerent̃. Quid em̃ tã iniquũ eſſe põt, tã barbarꝝ,
tam totius religionis ignarꝝ, tam chr̃ianis mẽtibus inimicũ quàm huic denegare debere, qcqd
in q̊tidiana gr̃a cõſeq̃ris cui te ip̃e cõfiteris debere q̊d natꝰ es? Ergo eris tibi ĩ ꝓuidẽdo p̃ſtãtior
quàm põt is eſſe q te vt eſſes effecit? Et cũ te putes ei debere q̊d viuis, qũo te non putas illi de
bere quod non quotidianã eius conſequẽdo grãm tal'r viuis. Et qui nos adiutorio negas indi
gere diuino, quaſi ex noſtra ex tota poſſibilitate ꝑfectos, quomodo non adiutoriũ in nos cum
B tales à nobis etiã eẽ poſſumus, prouocamus? ¶ Qui em̃ adiutorium dei negat, vellem inter
rogare qd dicat, nos non te mœreri, an illũ hoc nõ poſſe p̃ſtare, an nihil eẽ ꝓpter q̊d vnuſqſq́ꝫ
hoc debeat poſtulare? poſſe hoc deũ opa ip̃a teſtant̃. Adiutorio q̊tidiano nos egere negare nõ
poſſumus, hoc em̃ ſeu bñ viuimus, ꝓuocamus, vt melius ſanctiuſq́ꝫ vincamus, ſeu praue ſentiẽ
tes à bonis auertimur, vt ad rectã redeamus viã eius auxilio plus egemus. Nunqd tã mortiferꝝ
tam p̃ceps videat̃ ad caſum tã expoſitũ ad oĩa pericula, ſi hoc ſolũ nobis putãtes poſſe ſufficere
qd' liberꝝ arbitriũ cũ naſceremur accepimus. Vltra iã à dño nihil quæramus, id ẽ, authoris nr̃i
obliti eius potẽtiã, vt nos oñdamus, liberos abiuremus, quaſi iam amplius q̊d dare poſſit, non
habeat, q te in tuo ortu liberũ fecit, neſciẽtes q̊d niſi magnis p̃cibus gr̃a in nos implorata deſcẽ
dat nequaq̃ terrenæ & mũdani corporis vincere conemur errores, cũ pares nos ad reſiſtendũ
nõ liberꝝ arbitriũ, ſed dei ſolius facere poſſit auxiliũ. Nam ſi ille clamat adiutorio ſibi opus eſſe
diuino q digne hoc nõ quæreret, ſicubi liberꝝ arbitriũ plus ꝓdeſſet, qppe cum vir beatus & iã
electus à dño nihil egerit, tñ ita dñm deprecat̃ poſtulans. Adiutor meus eſto, ne derelinquas
me, neq́ꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus. Nos nobis liberꝝ arbitriũ, ille dñm poſtulat adiuto
rem. Quod nati ſumus, poſſe ſufficere nobis, dicimus, ille deum ne derelinquat̃, exorat. Nõ ro
go manifeſte diſcimus q̊d oremus, cum ille tantopere beatus, ſicut ſupra diximus vir, ne deſpi
ciat̃, exoptat, illi em̃ neceſſe eſt, iſta arguant qui illa confirmant, Dauid em̃ or̃onis ignarus, &
ſuę naturæ neſcius accuſet̃, qui cum ſciat tm̃ in ſua natura eſſe adiutorẽ ſibi dñm & aſſiduũ adiu
torẽ, nec illi ſufficit aſſiduum, ſed ne aliquando illum deſpiciat, or̃onibus protinus exoptat, &
per corpus omnis pſalterij hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnum ſcit, vt aſſi
due diceret, ita neceſſarium confeſſus eſt, vt doceret, quẽadmodum Pelagius Cęleſtiuſq́ꝫ ſepo
ſita omni reſponſione ſpalmorum taliq́ꝫ abdicata doctrina ſuaſuros ſe aliquibus eſſe confidũt
nos adiutoriũ dei nec debere quærere, nec egere, cum oẽs ſancti nihil ſe ſine hoc agere poſſe
teſtant̃. Libero em̃ arbitrio olim ille ꝑuerſus dum ſuis inconſultis vtit̃ bonis cadẽs in præuari
cationis ꝓfunda, demerſuſq́ꝫ nihil quẽadmodum exinde ſurgere poſſet, inuenit, ſuaq́ꝫ in æter
num libertate deceptus, huius ruinæ iacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſt Chr̃i ꝑ ſuam grãm rele
uaſſet aduentus, qui ꝑ nouæ regeneratõis purificationẽ præteritum om̃e vitium ſui baptiſma
tis lauacro purgauit, & eius confirmans ſtatum quo rectius conſtabiliuſq́ꝫ ꝓcederet, tñ ſuam
grãm in poſterꝝ non denegauit. Nam q̃uis hominẽ redemiſſet à præteritis ille pc̃tis, tñ ſciẽs

iterum

iteꝝ poſſe peccare,ad reparationẽ ſibi,quẽadmodũ poſſet ille & poſt illa corrigere multa ſer-
uauit.Quotidiana p̃ſtat illa remedia,quibus niſi freti confiſiq́ꝫ nitamur,nullatenus vincere hu
manos poterimus errores.Neceſſe eſt em̃ vt quo auxiliante vicimus,eo iteꝝ nõ adiuuãte vin
camur.Sed poſſem plura dicere,niſi vos cõſtaret cuncta dixiſſe.Quiſqs ergo huic aſſentiẽs vi
deť eſſe ſnĩæ qua dicat adiutorio nobis nõ opus eſſe diuino,inimicũ ſe catholicæ fidei & dei be
neficio profiteť ingratũ.Nã nec nr̃a cõione ſunt digni quam p̃dicando taliter polluerunt.Sic
em̃ ſua ſponte dũ ſequunť illa q̃ dicunť longius à vera religione fugerũt.Cũ em̃ hoc totũ in no
ſtra profeſſione cõſiſtat,quotidianiſq́ꝫ p̃cibus nihil agamus,niſi quẽadmodũ dei miſericordiã
cõſequamur,quẽadmodũ ferre poſſumus,iſta iactantes?Quis rogo tantus illoꝝ pectora er-
ror obcæcat,vt ſi ipſi nullã dei grãm ſentiunt,qa nec digni ſunt,nec merenť,nec de alijs cõſi-
derant,qd quotidie ſingulis gratia diuina largiať.Sunt quidẽ iſti oẽs cæcitate digniſſimi, qui
nec hoc ſibi reliquerũt,vt ſe auxilio credãt euocari ab erroribus poſſe diuino.Negantes enim
dei adiutoriũ nõ alijs,ſed ſibi hoc penitus abſtulerũt,q euellẽdi ſunt longius & ab eccleſię ꝓ-
cul remouẽdi viſceribus,ne diutius multa occupãs inſanabilis poſt error increſcat. Si em̃ diu
fuerinť ſub hac impunitate ſeruati,neceſſe eſt multas in hac ſua prauitate mẽtes inducãt,de-
cipiantq́ꝫ innocẽtes vel potius imprudẽtes qui fidẽ catholicã nõ ſequunť,putabãt em̃ eos re-
cte ſentire,q̊s adhuc videt in eccleſia ꝑdurare.Separeť ergo à ſano corpore vulnus inſanũ,re-
motoq́ꝫ morbi ſæuientis afflatu cautius q̃ ſunt ſyncera ꝑdurent,& grex purior ab hac mali pe
coris cõtagione purgeť.Sic totius corporis illibata ꝑfectio quã vos ſequi & tenere hac in illos
pronũtiatione cognouimus & vna vobiſcũ pari aſſentiõe ſeruamus.Cui ſi tñ aliqñ in ſe dei ad
iutoriũ q̊d huc vſq́ꝫ negauerũt prouocauerint,& opus eius ſibi auxilio eſſe cognouerint,vt de
hac labe,in qua ſui cordis incuruatiõe corruerãt liberenť,& quaſi in lucẽ de fœda tracti cali-
gine,remotis abdicatiſq́ꝫ oĩbus quibus totus ne veꝝ aſpiceret fœdabať & caligabat aſpectus
dãnent hæc q̃ huc vſqꝫ ſenſerũt, & aliqñ animũ rectis diſputatiõibus cõmodãtes ab hac aliquã
tulũ labe correcti, veris ſe ſanãdos cõſilijs tribuant atqꝫ ſubmittãt.Quod ſi fecerint,erit in po
teſtate põtificũ iſtis aliquatenus ſubuenire,& talibus aliquã curã p̃ſtare vulneribus, quã ſolet
lapſis cũ reſipuerint & eccleſia nõ negare,vt à ſuis p̃cipitijs intra ouile dñi rediganť,ne foras p̃
ſenti & tanto p̃ſidio à fide minutionis excluſi periculis oĩbus exponanť deuorãdi lupoꝝ den-
tibus atqꝫ vexandi,quibus obſiſtere hac qua illos in ſe irritauerãt doctrinæ ꝑuerſitate nõ poſ-
ſunt.Sed talis veſtris monitis & ſic ſatis abundãtibus noſtræ legis exẽplis probať eſſe reſpon-
ſum,nec quicq̃ ſupereſſe dicimus quod dicamus,cũ nihil p̃termiſſum à vobis,nihil conſtat eſſe
ſuppreſſum q̊ illi refutati & penitus cognoſcanť eẽ cõuicti.Ideo à nobis teſtimonia nulla po-
nunť,qa & his plena relatio eſt,& ſatis conſtat,vt doctiſſimos ſacerdotes cũcta dixiſſe, nec de
cet credere vos aliqd q̊d ad cauſam poſſit ſufficere p̃teriſſe.Et alia manu.Bene valete fratres.

¶Epiſtola Concilij Mileuitani ad Innocentium papam.

DOmino beatiſſimo meritoq́ꝫ venerabili,& in Chriſto venerando papæ Innocen- A
tio Siluanus ſenex,Valẽtinus,Aurelius,Donatus, Reſtitutus, Lucianus, Alippius,
Auguſtinꝰ,Placẽtius,Seuerus,Fortunatꝰ,Poſſidius,Nouatus,Secũdus,Maurẽtius
Leo,Fauſtinianꝰ,Creſconiꝰ,Lucius,Honorius,Adeodatus,Proceſſus,Secũdus,Fe
lix,Aſiaticus,Rufinus,Fauſtinus,Malchus,Lictorius,Fortunatus,Donatus,Pontianus,Satur
nius,Creſconius,Lucius,Honorius,Seruius, Therẽtius, Creſconius, Sperantius, Quadratus,
Lucillus,Sabinus, Itẽ Sabinus,Creſconius,Victor,Honoratꝰ,Donatꝰ,Petrus,Præſidius,Creſ
conius,Lãpadius, Delphinus ex cõcilio Mileuitano in dño ſalutẽ.Quia te dñs gratiæ p̃ſuæ ci
puo munere in ſede apoſtolica talẽq́ꝫ noſtris tẽporibus præſtitit,vt nobis potius ad culpã ne-
gligentiæ valeat,ſi apud tuã venerationẽ quæ pro eccleſia ſunt ſuggerẽda tacuerimus quam
ea tu poſſis vel faſtidioſe vel negligenter accipere magnis periculis imfirmoꝝ mẽbroꝝ Chri
ſti paſtoralẽ diligentiã quæſumus adhibere digneris. Noua quippe hæreſis & nimiũ pernici-
oſa tentat aſſurgere inimicoꝝ gratiæ Chriſti,qui nobis dñicam etiã orationẽ impijs diſputa-
tionibus conanť auferre.Cum em̃ dñs docuerit,dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos di-
mittimus debitoribus noſtris.Iſti dicunt poſſe hominẽ in hac vita p̃ceptis dei cognitis ad tan
tã perfectionẽ iuſtitiæ ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris ꝑ ſolũ liberæ voluntatis arbitriũ ꝑue-
nire,vt etiã non ſit neceſſariũ dicere,dimitte nobis debita noſtra.Illud vero q̊d ſequiť,ne nos
inferas in tentationẽ,non ita intelligendũ tanq̃ diuinũ adiutoriũ poſcere debeamus,ne ĩ pec-
catũ tentati decidamus,ſed hoc in noſtra poſitũ eẽ poteſtate,& ad hoc implendũ ſolã ſuffice-
re hoĩs voluntatẽ,tanq̃ fruſtra apl'us dixerit,non volẽtis neqꝫ currẽtis,ſed miſerẽtis eſt dei,&
fidelis deus q vos non ꝑmittit tentari ſuꝑ id quod poteſtis,ſed faciet cũ tentatione etiã exitũ,
vt poſſitis ſuſtinere,fruſtra em̃ dñs dixerit apoſtolo Petro,rogaui pro te ne deficiat fides tua,
& oĩbus ſuis,Vigilate & orate ne intretis in tentationẽ.Si hoc totũ eſt poteſtatis hũanæ,pue-

ros quoqꝫ paruulos ſi nullis imbuant chriſtianæ gratiæ ſacramẽtis habituros vitã æternã nequaꝗ̃ chriſtiana p̄ſumptione cõtendũt euacuantes quod dicit aplus. Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & ꝑ peccatũ mors, & ita in oẽs hoĩes pertranſiit, in quo oẽs peccauerunt. Et alio loco, Sicut in Adã oẽs moriunt, ſic & in Chriſto oẽs viuificabunt. Vt ergo alia omittamus q̃ cõtra ſcripturas ſctãs plurima diſſerũt, hæc interim duo qbus oĩno totũ ꝙ chriſtiani ſumus conantur euertere, q̃ fidelia corda ſuſtineant, nõ eſſe rogandũ deũ, vt cõtra peccati malũ atqꝫ ad operandã iuſtitiã ſit nr̃ adiutor, & nõ opitulari paruulis ad cõſequendã vitã æternã chriſtianæ gratiæ ſacramentũ. Hæc inſinuãtes apoſtolico pectori tuo nõ habemus opus multa dicere, & tantã impietatẽ exaggerare, cũ procul dubio te iſta ꝓmoueãt, vt ab eis corrigendis ne latius ſerpãt, multoſqꝫ cõtaminẽt, vel potius interimãt, dũ ſub noĩe Chriſti à gr̃a Chriſti penitus alienant, oĩno diſſimulare nõ poſſis. Huius aũt ꝑnicioſiſſimi erroris autores eẽ ꝑhibent, Pelagius & Celeſtius, quos quidẽ in eccleſia ſanari maluimus q̃ deſperata ſalute ab eccleſia reſecari, ſi neceſſitas vlla cõpellat. Quoꝝ vnus. i. Celeſtius etiã ad presbyteriũ in Aſia ꝑueniſſe dicit, de quo añ paucos annos qd geſtũ fuerit ſanctitas tua de Carthaginẽſi eccleſia melius inſtruit, Pelagius vero, ſicut à qbuſdã fratribus noſtris miſſæ loquunt eplæ, Hieroſolymis cõſtitutus, nõnullos fallere aſſerit, verũtamen multo plures q eius ſenſus diligentius indagare potuerũt, aduerſus eũ pro Chriſti gratia, & catholicæ fidei veritate cõfligunt, ſed p̄cipue ſctũs filius tuus frater & cõpresbyter nr̃ Hieronymus. Sed arbitramur adiuuãte miſcdia dñi dei nr̃i Ieſu Chr̃i, q̃ te regere cõſulentẽ & orantẽ exaudire dignat, autoritati ſanctitatis tuæ de claro ſcripturaꝝ lumine deprõptæ facilius eos q tã peruerſa & tã ꝑnicioſa ſentiũt eẽ ceſſuros, vt de correctione potius eoꝝ gratulemur q̃ cõtriſtemur interitu dñe beatiſſime. Quãlibet aũt ipſi eligãt, certe vel alios plurimos q̊s poſſunt ſi ab eis diſſimulet ſuis laqueis implicare, cernit venerabiltas tua inſtãter & celeriter prouidẽdũ. Hęc ad ſanctitatẽ tuã de cõcilio Numidiæ ſcripta direximus imitãtes Carthaginẽſem eccleſiã & Carthaginẽſis ꝓuinciæ coep̄os nr̃os q̊s ad ſedẽ apoſtolicã quã beatus illuſtras de hac cã ſcripſiſſe cõperimus, Et alia manu, Memor nr̃i in dñi gr̃a augearis dñe beatiſſime merito venerabilis & in Chr̃o honorãde ſanctiſſime papa.

¶Reſcriptum Innocentij papæ ad Mileuitanum Concilium.

B INnocentius Siluano ſeni Valentino & cæteris q in Mileuitana ſynodo interfuerunt dilectiſſimis fratribus in dño ſalutẽ. Inter cæteras eccleſiæ Romanæ curas & apoſtolicæ ſedis occupatiões qbus diuerſoꝝ cõſulta fideli ac modica diſceptatiõe tractamus, frater & coep̄s nr̃ Iulius dilectionis veſtræ lr̃as quas ex Mileuitano nr̃a autoritate concilio cura fidei propenſione miſiſtis mihi inopinãter ingeſſit, Carthaginenſis etiã ſynodi quærelæ parili ſcripta ſubiungens. Nimiꝝ exultat eccleſia tantã ſolicitudinẽ cõmiſſis gregibus exhibere paſtores, vt non ſolũ neminẽ ex his patiant errare, ſed ſi quas magis ouiũ ſiue delectatões herba ſeduxit, ac ſi in errore ꝑmanſerint, aut ſegregari penitus velint, aut illicite petita vitantes dudũ cuſtodiæ priſtinę circũſpectiõe tutari, in vtraqꝫ parte videlicet cõſulẽtes, ne vel ſuſcipiendo tales ſimili cæterę ducant exẽplo, vel ſpernẽdo redeuntes lupoꝝ morſibus videant ingeſtæ. Prudens ad modũ & catholicæ fidei plena conſultationis voluntas. Quis eñ aut tolerare poſſit errantẽ, aut non recipere corrigẽtẽ? Nã vt duꝝ arbitror cõniuentiã p̄bere peccãtibus, ita impiũ iudico manũ negare cõuerſis. Diligẽter ergo & cõgrue apoſtolicę cõſulitis honoris arcana. Honoris inquã illius quẽ præter illa ſunt extrinſecus, ſolicitudo manet oĩm eccleſiaꝝ ſuꝑ anxijs rebus quæ ſit tenẽda ſnĩa. Antiquæ ſcilicet regulæ formã ſecuti quã toto ſemꝑ ab orbe mecũ noſtis eſſe ſeruatã, verum hæc miſſa facio. Neqꝫ eñ hæc veſtrã credo latere prudẽtiam, qui id etiã actione firmaſtis, niſi ſciẽtes quod ꝑ oẽs prouincias de apoſtolico fonte petẽtibus reſponſa ſemꝑ emanẽt, p̄ſertim quotiẽs fidei ratio mutilat, arbitror oẽs frẽs & coepiſcopos noſtros, nõ niſi ad Petrũ, id eſt ſui nominis & honoris autorẽ referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio quod ꝑ totum mundũ poſſit eccleſiis omnibus in cõmune prodeſſe. Fiant eñ neceſſe eſt cautiores, cũ inuẽtores maloꝝ ad duplicis relationẽ ſynodi ſnĩæ noſtrę ſtatutis viderint ab eccleſiaſtica cõmunione ſeiunctos. Gemino igitur bono charitas veſtra funget, nã & canonũ potiemini gratia ſeruatoꝝ, & bñficio veſtro totus orbis tutabit. Quis enim catholicoꝝ cũ aduerſarijs Chriſti velit vlterius miſcere ſermonẽ? Quis ſaltẽ ipſam vitę lucem cõmunione partiri nouæ hæreſeos nimiꝝ fugiant autores? Quid eñ acerbius in dñm fingere potuerunt q̃ cũ adiutoria diuina caſſarẽt, cauſamqꝫ quotidianæ p̄cationis auferrẽt? Hoc eſt dicere, Cur mihi opus deo? merito in hos Dauid hymnũ dicit. Ecce hoĩes qui non poſuerũt deum adiutorẽ ſibi. Negãtes ergo auxiliũ dei, inquiunt hominẽ ſibi poſſe ſufficere, nec gr̃a hunc egere diuina, qua priuatus neceſſe ẽ, diaboli laqueis irretitis occũbat, dũ ad omnia vitæ ꝑficiẽda mandata ſola tantummodo libertate contẽdat. O prauiſſimaꝝ mẽtium ꝑuerſa doctrina, aduertat id tandẽ quod primũ hominẽ ita libertas iſta decepit, vt dũ indulgẽtius frenis vtitur

eius

eius in ꝑuaricationis ꝑſumptione concideret. Neq; ex hac potuit erui, niſi prouidentia regenerationis ſtatū priſtinæ libertatis Chriſti dñi reformaſſet aduentus, audiat Dauid dicentem, Adiutoriū noſtrū in noīe dñi. Et, adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Quæ incaſſum dixerit, ſi tantū in eius erat poſitū voluntate, quod à dño flebili ſermone poſcebat. Quæ cū ita ſint, cūq; in oībus diuinis paginis voluntati liberę non niſi adiutoriū dei legamus eſſe nectendū, eamq́; nihil poſſe cœleſtibus ꝑſidijs deſtitutā, quonā modo huic ſoli poſſibilitatē hanc pertinaciter (vt aſſeritis) defendētes ſibimet, imò quod eſt dignius dolori cōmuni. Nā plurimis Pelagius Celeſtiusq́; perſuadēt, multifarijs equidē ad īſtruendū tale magiſteriū vti poſſemus exēplis, niſi ſciremus & ſanctitatē veſtrā ad plenū ſcripturas oēs ſcire, intelligere, callere, diuinas ꝑſertim, cū veſtra relatio tantis ac talibus teſtimonijs ſit referta, vt his ſolis valeat ꝑſens dogma reſcindi, opusq́; nō eſſe recognitis, cū his q̄ facile vobis occurrētia poſuiſtis, nec audeant obuiare, nec poſſint. Ergo dei grām conant auferre, quā neceſſe eſt erga inſtitutā ſtatus priſtini libertatē q̄ramus, quippe nec alias diaboli machinas, niſi eadē poſſumus iuuāte vitare, illud vero ꝙ eos vr̄a fraternitas aſſerit ꝑdicare paruulos æternæ vitæ ꝑmijs abſq; baptiſmatis gr̄a poſſe donari, ꝑfatuū eſt. Niſi em̄ mādueauerint carnē filij hoīs & biberint ſanguinē eius, nō habebūt vitā in ſemetipſis. Qui aūt hāc in eis ſine regeneratione defendūt, vident mihi ip̄m baptiſmū velle caſſare, cū ꝑdicāt hos id gr̄æ habere q̄d in eis credūt nō niſi baptiſmate cōferēdū. Si ergo nihil volūt officere, nō renaſci, fateant neceſſe eſt nec regeneratiōis ſacra fluenta ꝓdeſſe. Verꝫ vt ſupfluorꝫ hoīm praua doctrina celeri veritatis poſſit rōne diſtingui, ꝓclamat dñs in euāgelio dicēs, Sinite infantes & nolite eos ꝓhibere venire ad me, taliū eſt em̄ regnū cœlorꝫ. Quare Pelagiū Celeſtiūq́;. i. inuētores vocū nouarꝫ, q̄ (ſicut dixit apl̄us) ædificatiōis nihilū, ſed magis vaniſſimas cōſuerūt parare q̄ſtiones, eccleſiaſtica coīone priuari apoſtolici vigoris autoritate cēſemus, donec reſipiſcāt à diaboli laqueis à q̄ captiui tenent ſcd̄m ipſius volūtatē, eosq́; interim dñico ouili nō recipi, q̄ad ipſi ꝑuerſæ vię ſecuti tramitē deſerere voluerint. Abſcindēdi ſunt em̄ q vos cōturbāt, & volūt euāgeliū Chriſti ꝑdere. Simul aūt ꝑcipimus, vt qcūq; ad id ꝑtinētia ſilr̄ defenſare nitunt, & par eos vindicta cōſtringat. Nō ſolū em̄ q faciunt, ſed etiā q cōſentiūt faciētibus digni ſunt morte, qa nō multū intereſſe arbitror inter cōmittētis animū & cōſentiētis fauorē. Addo & amplius plerunq; dediſcit errare, cui nemo cōſentit. Hæc igit frēs chariſſimi ī ſupradicta maneat fixa ſnīa, abſint atrijs dñi careāt, dūtaxat cuſtodia paſtorali, ne duarꝫ ouiū dira cōtagia ſerpāt forſitā ꝑ vulgꝰ incautū, rapaciq́; lupus corde lætet intra ouile dñi, cū ꝑ tantas ouiū fuſas cateruas, dū à cuſtodibus diſſimulat, habet vulnus duarꝫ, Proſpiciēdū eſt ergo ne ꝑmittēdo lupū mercēnarij magis q̄ paſtores videamur eē. Iubemus ſane qa Chr̄s dñs nr̄ propria voce ſignauit, nolle ſe mortem moriētis tantū, ſed reuertat & viuat, vt ſi vnq̄ ad ſanū de propoſito praui dogmatis errore reſipuerint, dānauerint, q̄ ea quorꝫ ſeipſos ꝑuaricatione dānauerūt, eis medicinā ſolitā. i. receptaculū ſuū ab eccleſia nō negari, ne dū eos redeuntes forſitan ꝓhibemus vere extra ouile remanētes & expectantes hoſtis rapidi faucibus glutiant, quas in ſemetipſos ſpiculis malę diſputationis armarūt. Bñ valete frēs. Data ſexto Calēd. Febru. Honorio & Cōſtātio conſulibus.

¶Item, Epiſtola familiaris quinq; Epiſcoporꝫ ad Innocentium papam.

DOmino beatiſſimo meritoq́; honoratiſſimo fratri Innocentio papæ, Aurelius, Ali A
pius, Auguſtinus, Enodius, & Poſſidius, in dño ſalutē. De cōcilijs duobus prouinciæ Carthaginenſis atq; Numidiæ ad tuā ſanctitatē à non paruo epiſcoporꝫ numero ſubſcriptas literas miſimus, cōtra inimicos gratiæ Chriſti q confidūt in virtute ſua, & creatori noſtro quodā modo dicūt, tu nos creaſti hoīes, iuſtos aūt ipſi nos fecimus, q naturā humanam ideo dicunt liberā, ne quærant liberatorem, ideo ſaluam vt iudicent ſuperfluū ſaluatorem. Tantū em̄ dicunt valentem vt ſuis viribus ſemel in origine ſuæ creationis acceptis poſſint per liberꝫ arbitriū nihil vlterius adiuuante illius gratia qui creauit domare & extinguere oēs cupiditates tentationesq́; ſuperare. Multi eorꝫ inſurgunt aduerſum nos & dicunt animæ noſtræ, non eſt ſalus illi in deo eius. Familia Chriſti quæ dicit, quando infirmor tūc fortis ſum, & cui dicit dñs eius, ſalus tua ego ſum ſuſpenſo corde cū timore & tremore adiutoriū dei etiam per charitatem tuæ venerationis expectat. Audiuimus em̄ eſſe in vrbe Roma vbi ille diu vixit nonnullos qui diuerſis cauſis ei faueant. Quidam ſcilicet qui nobis talia perſuaſiſſe perhibentur, plures vero qui eum talia ſentire non credunt, pręſertim quia in oriente vbi degit geſta eccleſiaſtica facta eſſe credendum eſt, niſi quibus putatur eē purgatus, vbi quidam ſi epiſcopi eū catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum eē credendum eſt, niſi quia dixit ſe dei gratiam confiteri, & ait, poſſe hominem ſuo labore ac voluntate iuſte viuere, vt ad hoc adiuuari dei gratia nō negaret. His em̄ auditis verbis catholici antiſtites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt, niſi quam in libris dei legere & populis dei prædicare conſuerūt,

eam vtiq;,de qua dicit apoſtolus.Non irritā facio gratiam dei. Nā ſi per legem iuſtitia,ergo
Chriſtus gratis mortuus eſt.Sine dubio grām qua iuſtificamur ab iniquitate,& qua ſaluamur
ab infirmitate,nō qua creati ſumus ca propria voluntate.Nā ſi intellexiſſent illi eam epiſcopi
illum dicere grām quam etiā cum impijs habemus cū quibus hoīes ſumus,negari vero eā qua
chriſtiani & filij dei ſumus,quis eū patienter catholicoꝝ ſacerdotum nō dicimus audiret,ſed
ante oculos ſuos ferret? Quapropter non culpandi ſunt iudices qui eccleſiaſtica conſuetudine
gratiæ nomen audierunt,neſcientes qd huiuſmodi hoīes vel ſuæ doctrinæ libris,vel ſuoꝝ ſo-
lent auribus ſpargere.Non agitur de vno Pelagio quia fortaſſe correctus eſt ( quod vtinā ita
ſit)ſed de tam multis qbus loquaciter contēdentibus & infirmas atq; ineruditas animas velut
coniunctas trahentibus,firmas aūt & in fide ſtabiles ipſa contentione fatigātibus vſquequaq;
iam plena ſunt oīa.Aut ergo à tua veneratione accerſendus eſt Romā & diligēter interrogan
dus,quā dicat grām,quā fateat̄,ſi tñ iā fatet̄ non ad peccandū,ſed iuſte viuendū hoīes adiuuari
aut hoc ipſum cū eo per literas agendū.Et cū inuentus fuerit hanc dicere quā docet eccleſiaſti
ca & apoſtolica veritas,tūc ſine vllo ſcrupulo eccleſiæ & ſine latibulo ambiguitatis illius abſol
uendus eſt,tūc eſt reuera de eius purgatione gaudendū.Siue em̄ dixerit grām eſſe liberꝝ arbi-
triū,ſiue gratiam eē remiſſinoē peccatoꝝ,ſiue grām eē legis præceptū,nihil eoꝝ dicit quod
per miniſtrationē ſpūs ſancti pertinet ad concupiſcentiam tentationeſq; vincendas quē di-
tiſſime effudit ſuper nos,qui aſcendit in cœlū & captiuauit captiuitatē dedit quæ dona hoī-
bus,hinc em̄ oramus vt peccatoꝝ tentationē ſuperare poſſimus,vt ſpūs dei(vnde pignus ac-
cepimus)adiuuet infirmitatē noſtrā.Qui aūt orat,& dicit,ne nos inferas in tentationem, nō
vtiq; id orat vt homo ſit quod eſt natus,neq; orat id ꝙ habeat liberꝝ arbitriū, quid iā accepit
cū crearetur ipſa natura,neq; orat remiſſionē peccatoꝝ,qa hoc ſuperius dr̄,dimitte nobis de
bita noſtra,neq; orat vt accipiat mādatū,ſed plane orat,vt faciat mādatū.Si em̄ in tētationē
inductus fuerit,hoc eſt in tētatiōe defecerit,facit vtiq; peccatū quod eſt cōtra mandatū.Orat
igit̄ vt nō peccet,hoc eſt vt ne qd faciat mali qd̄ pro Corinthijs orat apl'us dicēs. Oramus aūt
ad dn̄m ne qd faciatis mali,vnde ſatis apparet ꝙ nō ad peccādū.i.nō ad malefaciēdū, q̄uis eſſe
nō dubitet̄ liberꝝ arbitriū volūtatis,tñ eius ptās nō ſufficiat,niſi adiuuet̄ infirmitas,Ipſa igitur
oratio clariſſima teſtificatio eſt,hāc ille cōfitet̄,& eū gaudebimus ſiue rectū ſiue correctū. Di-
ſtinguēda eſt lex & gr̄a,lex iubere nouit,gr̄a iuuare.Nec lex iubere,niſi eēt volūtas,nec gratia
iuuaret,ſi ſatis eēt volūtas.Iubet̄ vt habeat̄ intellectus,vbi dr̄,nolite eē ſicut mulus & equus,q
bus nō eſt intellectus,& tñ oramus vt habeamus intellectū,vbi dr̄,da mihi intellectū vt diſcā
mādata tua, iubet̄ vt habeamus ſapiētiā,vbi dr̄,ſtulti aliqñ ſapite,& tñ orat̄ vt ſapiētiā habea-
mus,vbi dr̄,Si qs aūt veſtꝝ indiget ſapiētia poſtulet à deo q dat oībus affluēter,& nō impro
perat,& dabit̄ ei.Iubet̄ vt habeamus cōtinētiā,vbi dr̄,cū ſcirē qa nemo p̄t eē cōtinēs, niſi deus
det,& hoc ip̄m erat ſapiētię ſcire,cuius eēt hoc donū adij dn̄m & dep̄catus ſum illū,poſtremo
ne nimiū lōgū ſit cūcta ꝑcurrere,iubet̄ vt nō faciamus malū,vbi dr̄,declina à malo,& tñ oratur
vt nō faciamus malū,vbi dr̄.Oramus aūt ad dn̄m ne qd faciatis mali,iubemur vt faciamus bo-
nū,vbi dr̄,declina à malo& fac bonū,& tñ orat̄,vt faciamus bonū,vbi dr̄,nō ceſſamus ꝓ vobis
orātes & poſtulātes,atq; īter cętera q̄ illis orat dicit,vt ābuletis digne deo in oē placitū,in oī
ope & ſermōe bono,ſicut ergo agnoſcim⁹ volūtatē cū hęc p̄cipiunt̄,ſic & ipſe agnoſcat grām (cū petunt̄.

B ¶Miſimus reuerētiæ tuæ libꝝ quē dederūt religioſi,& honeſti adoleſcētes ſer-
ui dei,q̊ꝝ etiā noīa nō tacemus,nā Thimaſius,& Iacobus vocant̄.Qui ſicut audimus,& etiam
noſſe dignaris,ipſius Pelagij exhortatōe ſpem quā habebāt in ſeculo reliq̄runt,& nūc cōtinē-
tes deo ſeruiūt.Qui cū errore eodē aliqñ ꝑ qualēcunq; operā noſtrā dn̄o inſpirante caruiſſent
ꝓtulerunt eundē libꝝ Pelagij eē dicētes,& vt ei rn̄deret̄ impēdio rogauerunt,factū eſt ad eoſ-
dē dum reſcripta eſt ipſa rn̄ſio,agētes gr̄as reſcripſerunt,vtꝝq; miſimus, & cui rn̄ſum,& qd̄
rn̄ſum eſt.Et ne nimiū eſſemus oneroſi,ſigna fecimus his locis vbi petimus inſpicere,nō gra-
ueris quēadmodum ſibi obiecta q̄ſtione ꝙ grām dei negaret,ita rn̄dit,vt eā eē nō diceret,niſi
naturā in qua nos cōdidit deus.Si autē hunc eē ſuum libꝝ negat,aut eadē in libro loca nō con
tēdimus,anathematizet illa & eā cōfiteātur aptiſſime grām quā doctrina chr̄iana demōſtrat
& p̄dicat eē propriā chriſtianoꝝ q̄ nō eſt natura,ſed q̄ ſaluat̄.Quæ natura nō auribus doctrīa
ſonāte vel aliquo adiumento,viſibili fouet,ſicut plantat̄ quodāmodo,& irrigat̄ extrinſecus,
ſed ſubminiſtratiōe ſpūs,& occulta mīa ſicut ille facit q dat incremētum deus.Si em̄ q̄dā non
improbāda rōne dr̄ gr̄a dei q̄ creati ſumus,vt nōnihil eſſemus,nec ita eſſemus aliud,aut cada-
uer qd̄ nō viuit,aut arbor q̄ nō ſentit,aut pecus q̊d nō intelligit,ſed hoīes q vt eſſemus,& viue
remus,& ſentiremus,& intelligeremus,& de hoc tm̄ bn̄ficio creatori nr̄o grās agere valeam⁹,
vnde & merito gr̄a iſta dici p̄t,qa nō p̄cedētium aliquoꝝ operꝝ meritis,ſed gratuita bonitate
dei donata eſt,alia eſt tñ q̄ p̄deſtinati vocamur,iuſtificamur,glorificamur,vt dicere poſſimus

ſi deus

ſi deus pro nobis, qs contra nos? Qui filio ſuo proprio nõ pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ, de hac gratia q̃ſtio vertebaꝛ, qñ ab his quos Pelagius grauiter offendebat atq; turbabat, dicebaꝛ ei ꝙ eã ſuis diſputationibus oppugnaret, qbus aſſereret, nõ ſolũ ad faciẽda, verũ etiã ad pficienda mãdata diuina p liberꝝ arbitriũ ſibi humanã ſufficere naturã, hãc apl̃ica doctrina grãm non immerito iſto noĩe appellat q̃ ſaluamur, & iuſtificamur ex fide Chr̃i, de hac ſcriptũ eſt. Nõ irritã facio grãm dei, nã ſi p legẽ iuſtitia, ergo Chr̃us gratis mortuus eſt, de hac ſcriptũ eſt. Euacuati eſtis à Chr̃o, q in lege iuſtificamini à gratia excidiſtis, de hac ſcriptũ eſt, Si aũt gr̃a, iã nõ ex opibus, alioqn gr̃a iã nõ eſt gratia, de hac ſcriptũ eſt, Ei aũt q nõ operaꝛ, credẽti aũt in eũ q iuſtificat impiũ, deputaꝛ fides eius ad iuſtitiã, ei aũt q operaꝛ merces nõ imputãtur ſcd̃m grãm, ſed ſcd̃m debitũ, & multa alia q̃ melius potes ipſe meminiſſe & intelligere prudẽtius & illuſtrius p̃dicare, illã vero grãm q̃ creati ſumus hoĩes, etiã ſi illã appellãdã nõ ĩmerito intelligimus, mirũ eſt tñ, ſi ita appellatã in vllius legitimis ꝓpheticis, euãgelicis, apl̃icisq; lr̃is legimus, cũ itaq; de hac gr̃a à chr̃ianis fidelibus catholicisq; nouiſſima illi obijceret q̃ſtio, vt eã oppugnare deſineret, qd eſt ꝙ cũ hac ſibi in lib. ſuo, velut aduerſante pſona, idẽ ipſe obiecisset, vt ſe rñdendo purgaret, nihil aliud rñdit, niſi naturã creati hoĩs referre grãm creatoris atq; ſe ita dicere ſine pc̃tõ impleri poſſe iuſtitiã p lib. arb. cũ adiutorio diuinę gr̃æ, ꝙ deus hoc dederit hoĩ ipſa poſſibilitate naturæ, cui merito rñdeꝛ. Ergo euacuatũ eſt ſcãdalũ crucis, ergo Chr̃us gratis mortuus eſt. Nõ eñ ſi nõ moreretꝛ ꝓpter delicta nr̃a, & reſurgeret ꝓpter iuſtific. noſtrã, nec aſcẽdiſſet in altũ, & captiuãs captiuitatẽ daret dona hoĩbus, iſta naturę poſſibilitas quã defendit, nõ eẽt in hoĩbus, an forte dei mandatũ deerat. Et ideo Chr̃us mortuus eſt? Imò etiã & hoc erat ſanctũ & iuſtũ & bonũ, iã dictũ fuerat nõ cõcupiſces, iã dictũ fuerat, diliges ꝓximũ tuũ ſicut teip̃m. In q̊ ſermone apl̃us omnẽ legẽ dicit impleri, & qm̃ niſi diligat deũ, nemo diligit ſeip̃m. Ideoq; dñs in his duobus p̃ceptis totã legẽ dixit ꝓphetasq; ĩpleri. Quæ duo p̃cepta iã erãt hoĩbus diuinitus data, at æternũ p̃miũ iuſtitiæ ꝓmiſſum nõdũ erat. Hoc ip̃e nõ dicit q in ſuis lr̃is poſſint etiã in veteri teſtamẽto regnũ cœloꝝ eẽ ꝓmiſſum. Si ergo ad faciendã pficiẽdãq; iuſtitiã iã erat naturæ poſſibilitas p lib. arbitriũ, iã erat legis dei ſanctũ, iuſtũ, benignũq; mãdatũ, iã erat ꝓmiſſum p̃miũ ſempiternũ, Ergo Chr̃s gratis mortuus eſt. Ergo neq; p legẽ iuſtitia, neq; p naturę poſſibilitatẽ, ſed ex fide ac dono dei p IeſumChriſtũ dñm nr̃m vnũ mediatorẽ dei & hoĩm. Ex q̊ eñ p vnũ hoĩem pc̃m̃ intrauit in mũdũ, & p pc̃m̃ mors & vita in oẽs hoĩes ptrãſiit, in q̊ oẽs peccauerũt, ꝓculdubio à corpe mortis huius, vbi lex alia repugnat legi mẽtis, neminẽ liberauit aut liberat ſuæ poſſibilitas naturæ, q̃ pdita redẽptore indiget, ſauciata ſaluatore, ſed gr̃a dei p fidẽ vnius hoĩs mediatoris dei & hoĩm, hoĩs Ieſu Chriſti q & deus cũ eẽt, hoĩem fecit, & manẽs deus, hõ factus, refecit ipſe q̊d fecit. Puto aũt ꝙ nõ lateat fides Chriſti, q̃ poſtea in reuelationẽ venit in occultis fuiſſe tpibus patꝝ nr̃oꝝ, p quã tñ etiã ipſa dei gr̃a liberati ſunt, qcunq; oĩbus gñis hũani tpibus liberari potuerunt occulto dei iudicio nõ tñ vituperabili. Vnde dicit apl̃s, Habẽtes autẽ eundẽ ſpm̃ fidei, vtiq; eundẽ quẽ & illi ſcd̃m q̊d ſcriptũ eſt, Credidi ꝓpter q̊d locutus ſum, & nos credimus, propter q̊d & loqmur. Inde eſt q̊d ait ipſe mediator, Abrahã cõcupiuit videre diẽ meũ, vidit & gauiſus eſt. Inde ꝓlato ſacr̃o Melchiſedech mẽſæ dñicæ nouit æternũ eius ſacerdotiũ figurare. Iã vero data in lr̃is lege quã dicit apl̃s ſubintraſſe, vt abundaret delictũ, & de q̃ dicit, ex lege hæreditas, iã nõ ex ꝓmiſſione Abrahæ añ p repromiſſionẽ donauit deus. Quid igiꝛ lex? trãſgreſſiõis gratia poſita eſt, donec veniret ſemẽ cui ꝓmiſſum eſt, diſpoſitũ p angelos in manu mediatoris, Mediator aũt vnius nõ eſt, deus autẽ vnus eſt, Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei? Abſit, Si eñ data eẽt lex q̃ poſſet iuſtificare oĩno, ex lege eẽt iuſtitia, ſed cõcluſit, ſcriptura dicẽte, oĩa ſub pc̃tõ, vt ꝓmiſſio ex fide Ieſu Chr̃i dareꝛ credẽtibus, nõne ſatis oſtẽdit hoc actũ eẽ p legẽ, vt pc̃m̃ cognoſcereꝛ & p̃uaricatõe augereꝛ. Vbi eñ lex nõ eſt, nec p̃uaricatio, & ſic aduerſus victoriã pc̃ti ad diuinã grãm q̃ in ꝓmiſſiõibus eſt cõfugereꝛ, atq; ita lex nõ eẽt aduerſus ꝓmiſſa dei, qa ideo p illã ſit cognitio pc̃ti, & ex p̃uaricatõe legis abundãtia pc̃ti, vt ad liberationẽ q̃ranꝛ promiſſiões dei, q̊d eſt gratia dei, & incipiat eẽ in hoĩe iuſtitia, nõ ſua, ſed dei, hoc eſt data dono dei. Quã etiã nunc q dẽ ſicut & tunc de Iudæis dictũ eſt, ignorãtes dei iuſtitiã, & ſuã volẽtes cõſtituere iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Per legẽ qppe & illi iuſtificari ſe arbitranꝛ, ſufficiẽte ſibi ad eãdẽ cuſtodiendã lib. arbitrio, hoc eſt iuſtitia ſua ꝓlata ex natura hũana, nõ donata ex gratia diuina, ꝓpter q̊d iuſtitiã dei dicit. Vnde ſcriptum eſt, Per legẽ eñ cognitio pc̃ti. Nunc autẽ ſine lege iuſtitia dei manifeſta eſt, teſtificata p legẽ & ꝓphetas. Cũ dicit, manifeſtata eſt, oñdit qa & tunc erat, ſed tãq̃ illa pluuia quã Gedeon ĩpetrauit, tũc velut in vellere occulta, nũc aut velut in area manifeſta. Cũ ergo lex ſine gratia nõ mors pc̃ti potuiſſet eẽ ſed virtus. Sic eñ dictũ eſt, aculeus mortis pc̃m̃, virtus ãt pc̃ti lex. Sicut cõfugiũt multi à facie repugnantis pc̃ti ad gratiã velut in areã nũc patentẽ, ita pauci ad eã cõfugiebãt, velut in vellere tunc latentẽ. Hęc vero tẽpoꝝ

diſtributio referẽt ad altitudinẽ diuitiaꝝ ſapiẽtiæ,& ſciæ dei,de ꝙ dictũ eſt. Quã inſcrutabilia
ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius,ꝗpropter ſi añ tempus legis,& tꝑe ipſo legis iuſtos
patres ex fide viuẽtes,nõ poſſibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ,& ſub pc̃tõ venũ-
datæ,ſed dei gratia ꝑ fidẽ iuſtificabat,& nunc eadẽ in apertũ iã veniẽs reuelata iuſtificat. Ana-
thematizet ergo Pelagius ſcripta ſua,vbi cõtra eã,& ſi nõ per cõtumaciã,tñ ignorantiã diſpu
tat,poſſibilitatẽ defendẽdo naturæ,ad vincenda pc̃tã & implẽda mãdata,aut ſi ea ſua eſſe ne-
gat,aut ſcriptis ſuis,aut inimicis ſuis dicit immiſſa ꝙ ſua eſſe negat,anathematizet ea & dãnet
paterna exhortatione & autoritate ſanctiſſimoniæ tuæ. Si ergo vult oneroſum ſibi & perni-
cioſum diſcat eccleſiæ ſcandalũ auferre,q̊d ſcãdalũ auditores & imperuerſum dilectores eius
vſq̄quaq; ſpargere nõ qeſcũt. Si em̃ cognouerint eũdẽ librũ quẽ illius vel putãt eẽ vel norũt
epoꝝ catholicoꝝ autoritate & maxime ſc̃titatis tuæ quã apud eũ eſſe maioris põderis minime
dubitamus,ab eodẽ eſſe ipſo anathematizatũ atq; dãnatũ,nõ eos vlterius æſtimamus auſuros
loquẽdo cõtra grãm dei ꝙ reuelata eſt ꝑ paſſionẽ & reſurrectionẽ Chr̃i,nec pectora fidelia &
ſimpl̃r chriſtiana turbare,ſed potius adiuuãte mĩa dei certãtibus nobiſcũ pietate & charitate
flagrãtibus,etiã oratiõibus tuis,nõ ſolũ vt in æternũ beati,veꝝ etiã iuſti & ſancti ſint,nõ in ſua
virtute,ſed in eadẽ gratia cõfiſuros,vnde & ad ipm̃ ſcriptã ab vno hoĩe epl̃am ad quẽ ꝑ quen-
dã oriẽtalẽ diaconũ,ciuẽ aũt Iponiẽſem tanq̃ purgatõis fieri q̃dã ſcripta trãſmiſit tuæ beatitu
dini potius credidimus dirigẽda,melius iudicãtes,& petẽtes vt eã ei mittere ipſe digneris, ſic
em̃ eã legere potius nõ dedignabiẽ,magis in illa eũ ꝗ miſit,ꝗ̃ ꝗ ſcripſit attẽdẽs,illud vero q̊d di
cunt poſſe hoĩem eẽ ſine pc̃tõ,& mandata dei facile cuſtodire ſi velit,ꝗ̃uis cũ hoc ꝑ adiutoriũ
dei gr̃æ,ꝙ tñ ꝑ incarnationẽ vnigeniti eius reuelata atq; donata ẽ diciẽ,tolerabilius dici videaẽ
tñ qm̃ merito q̃ri p̃t vbi & qñ ꝑ eãdẽ grãm id efficiaẽ in nobis,vt ſine illo prorſus pc̃tõ ſimus,
vtrũ in hac vita qñ caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃,an vero ĩ illa cũ fiet ſermo ꝗ ſcriptus ẽ,vbi ẽ
mors victoria tua,vbi ẽ mors aculeus tuus,aculeus em̃ mortis pc̃tm̃ eſt diligẽtius ꝑtractãdũ,
ꝓpter alios q̊ſdã ꝗ inique ſenſerũt atq; in ſuis lr̃is memoriẽ mãdauerũt,etiã in hac vita eẽ poſ-
ſe hoĩem ſine pc̃tõ nõ ab initio natiuitatis ſuæ,ſed cõuerſiõe à pc̃tis ad iuſtitiã,& à via reproba
ad bonã vitã. Sic em̃ intellexerũt q̊d de Zacharia & Heliſabeth ſcriptũ eſt,ambulaſſe eos ĩ oĩ-
bus iuſtificatiõibus dei ſine q̃rela. Hoc q̊d dictũ eſt ſine q̃rela,ſine pc̃tõ dictũ acceperũt, nõ ꝗ-
dẽ negãtes,imò etiã q̊d alijs locis in lr̃is eoꝝ inueniẽ pie cõfitẽtes adiutoriũ gr̃æ dñi nr̃i non ꝑ
naturalẽ ſpm̃ hoĩs,ſed ꝑ principalẽ ſpm̃ dei. Qui paꝝ videnẽ conſideraſſe ipm̃ Zachariã fuiſſe
etiã ſacerdotẽ. Oẽs aũt tũc ſacerdotes nec eẽ habebãt ex lege dei primitus ꝓ pc̃tis ſuis offerre
ſacrificiũ,deĩde ꝓ ppl̃o. Sicut ergo nũc ꝑ or̃onis ſacrificiũ cõuincimur nõ eẽ ſine pc̃tõ qm̃ iuſſi
ſumus dicere,dimitte nobis debita nr̃a,ita & tũc ꝑ ſacrificia victimaꝝ aialiũ cõuincebanẽ ſa-
cerdotes ſine pc̃tõ nõ eẽ,ꝗ ꝓ ſuis pc̃tis iubebanẽ offerre. Qđ ſi res ita ſe habet,vt ꝑ grãm ſalua
toris ꝓficiamus ꝗdẽ in hac vita deficiẽte cupiditate,charitate creſcẽte,ꝑficiamur aũt in illa vi
ta cupiditate extincta,charitate cõpleta, ꝓfecto illud q̊d ſcriptũ eſt,Qui natus ẽ ex deo nõ pec
cat,ſcd̃m illã charitatẽ dictũ eſt ꝙ ſola nõ peccat,ad natiuitatẽ ꝗppe ꝙ ex deo eſt,augẽda & ꝑ-
ficiẽda charitas ꝑtinet,nõ ea ꝙ minuẽda ẽ & cõſumẽda cupiditas,ꝙ tñ ꝗ̃diu eſt in mẽbris nr̃is
lege q̃dã ſua repugnat legi mẽtis,ſed natus ex deo,nec obediẽs deſiderijs eius,nec exhibẽs mẽ
bra ſua arma iniq̃tatis pc̃tõ p̃t dicere,iã nõ ego opor illud,ſed id q̊d habitat in me pc̃tm̃. Sed q̊-
mõ ſe habeat iſta q̃ſtio,ꝗa & ſi nõ inueniẽ hõ in hac vita ſine pc̃tõ,id tñ dr̃ poſſe fieri ꝑ adiuto-
riũ gr̃æ & ſpũs dei,Qđ vt fiat conãdũ atq; poſcẽdũ eſt tolerabil̃r in id ꝗſq; falliẽ,nec diabolica
ĩpietas,ſed error hũanus eſt elaborãda & optãda,affirmare etiã ſi q̊d affirmat, nõ poſſit oſten
dere. Id em̃ credit fieri poſſe q̊d certe laudabile ẽ velle. Nobis aũt ſufficit ꝙ nullus ĩ eccleſia dei
fideliũ reperiẽ in q̊libet ꝓfectu excellẽti atq; iuſtitia ꝗ audiat dicere ſibi nõ neceſſariã p̃cationẽ
oratiõis dñicæ,dimitte nobis debita nr̃a,& dicat ſe nõ habere pc̃tm̃,nec ſeipm̃ decipiat, & in
eo veritas nõ ſit,ꝗ̃uis iã ſine q̃rela viuat. Nõ em̃ qualeſcũq;,etiã tẽtationes humanæ,ſed graue
pc̃tm̃ eſt q̊d in q̃relã venit. Det veniã tua ſuauitas,ſi ꝓlixiorẽ epl̃am fortaſſis quã velles tuæ mi
ſimus ſc̃titati. Nõ em̃ riuulũ noſtrũ tuo largo fonti augẽdo refundimus,veꝝ etiã nr̃,licet exi-
guus,ex eodẽ ꝙ etiã tuus abũdãs emanat capite fluentoꝝ,hoc aperte ꝓbare voluimus tuis re-
ſcriptis de cõi participatione vnius gratiæ conſolari.

¶Reſcriptum Innocentij papæ de Pelagio hæretico.

A INnocẽtius Aurelio,Alipio,Augu. Euodio,Paſſidio ep̃is. S. Fr̃nitatis vr̃æ lr̃as plenas fidei
totoq́; religionis catholicæ vigore firmatas,à vobis miſſas & cõcilijs veſtris ꝑ fratrẽ &
coep̃m noſtꝝ Iuliũ pergrato ſuſcepimus aĩo,qđ eaꝝ tenor oĩſq; cõtextio in cõſiderati-
one q̊tidianæ gr̃æ dei & in eoꝝ correctione ꝗ cõtra ſentiũt integra rõne cõſiſtit,& vt il-
lis oẽm tollere poſſit errorẽ,& idoneo dato q̊uis nr̃æ legis exẽplo,quẽ ſeꝗ debeat dignũ poſ-
ſint p̃bere doctorẽ. Sed de his vt arbitror iã ſatis ſupra dixim⁹. Sed ſubĩde cõtra eos ſubuenit,

& ſup-

& ſuppeditat ꝙ dicat, nec p̄t aliqñ deē ꝙ vincat cū tā miſeꝝ impiūq́ȝ ſit ꝙ nr̄æ virtute fi-
dei & ipſa plenius veritate vincat. Qui ei oēm vitæ ſpem reſpuit atqȝ cōtēpſit īimica dāna-
biliq́ȝ cor ſuū diſputatōe cōfundens, cū credit nihil eſſe ꝙ a deo accipiat, ne aliquid ſupeſſe
q̊d petat ad ſanandū, ſed q ſibi hoc abſtulit vlterius quid reliquit? Si ergo ſunt aliqui, q̊s in A
ſui defenſionē ꝑuerſitas tāta defixit, q huic ſe dogmati dedant atqȝ cōiungāt, ſperātes hoc
ad catholicā ꝑtinere doctrinā, q̊d abhorrēs longius & penitus approbat aduerſum, infecti
illoꝝ & monitis & verbis vt haberēt inducti, quatenus ad rectū vitæ tramitē redeāt, feſtina
būt, ne diutius mentē obſidēs, velut peſtis eoꝝ ſenſibus error inuadat. Nā ſi Pelagius q̊cūqȝ
reſtitit loco eoꝝ anīos, q facile vel ſimpliciter crederēt diſputādi hac affirmatiōe decepit,
ſeu hic illi in vrbe ſunt, q̊d neſciētes nec manifeſtare poſſumus, nec negare cum & ſi ſunt la-
teant, nec aliqñ audeāt, vel illū p̄dicantē iſta defendere, vel talia aliq̊ noſtroꝝ p̄ſente iacta-
re, & in tāta populi multitudine deprehendi aliquis facile nec alicubi poſſit agnoſci, ſiue in
quouis terraꝝ loco degant dei nr̄i mīa, gratiáq́ȝ credimus, q̊d facile corrigant, audita eius
dānatione qui fuerit pertinax, & reſiſtēs huius dogmatis autor inuentus, non intereſt, vbi
iſti fuerint, dū vbicunqȝ inueniri potuerint, ſunt ſanādi, nobis tñ nec ſuaderi p̄t eū eſſe pur
gatū, quāuis ad nos à neſcio q̄bus laicis ſint geſta ꝑlata, quibus ille & auditū ſe crederet &
abſolutū. Quæ vtrū vera ſint dubitamus, q̊d ſub nulla illius cōcilij executōe venerunt, nec
eoꝝ aliq̊s accepimus de hac re literas, apud q̊s iſtius rei p̄ſtitit cauſas. Qđ ſi de ſua ille potu-
iſſet purgatōe cōfidere, hoc magis credimus q̊d egiſſet, q̊d multo verius eſſe poterat, vt illos
cogeret epiſtolis ſuis q diiudicauerāt iudicare, verū cū ſint aliq̊ in ipſis poſita geſtis q̄ obie-
cta partim muſitādo ille ſuppreſſit, partim multa in ſe verba retorquēdo, tota obſcuritate
cōfudit, aliq̊ magis falſis argumētis, quā vera rōne vt ad tꝑs videre poterat, purgauit, alia ne
gādo, alia falſa interp̄tatione vertēdo. Sed vtinā q̊d magis optandū eſt etiā ille ſe ad verā ca
tholicæ fidei viā ab illo ſui tramitis errore cōuertat, vt cupiat velitq́ȝ purgari, cōſiderās q̊ti-
dianā dei gratiā adiutoriūq́ȝ cognoſcēs, vt videat verū, & approbet ab oībus manifeſta ra-
tione correctus, nō geſtoꝝ iudicio, ſed ad catholicā fidē corde cōuerſo, V ñ nō poſſum illo-
rū nec approbare nec culpare iudiciū, cū neſciamus vtrū vera ſint geſta, aut ſi vera ſunt, illū
ſubterfugiſſe cōſtet magis quā ſe in tota virtute purgaſſe. Qui ſi cōfidit, nouitq́ȝ nō oñi di-
gnū eē indignatōe q̊d dicat aut iā hoc totū ſe refutaſſe q̊d dixerat, non à nobis accerſiri, ſed
ipſe debet potius feſtinare, vt poſſit abſolui. Nā ſi adhuc taliter ſentit, qñ ſe nr̄o iudicio qui-
buſuis acceptis lr̄is cū ſciat dānandū ſe eē cōmittet. Qđ ſi accercendus eēt ab his melius fie-
ret q magis ꝓximi & nō longo terraꝝ ſpatio videnť eē diſiūcti, ſed nō deerit cura ſi medi-
cinæ p̄beat ille materiā, Poteſt eñ dānare q̄ ſenſerat ac datis lr̄is erroris ſui, vt regreſſum ad
nos decet veniā poſtulare frēs chariſſimi. Librū ſane q eius eē dicebať nobis à vr̄a charitate
trāſmiſſum euoluimus, in q̊ multa blaſphema erāt, nihil q̊d placeret, nihil q̊d penitus non
diſpliceret, à q̊uis dānandū atqȝ calcandū, cuius ſimilia niſi q iſta ſcripſerat, nemo alter in
mentē reciperet atqȝ ſentiret. Nā hoc loco de lege latius diſputare velut corā poſito repu-
gnātiq́ȝ Pelagio neceſſariū eē nō duximus, cū vobiſcū totā rē ſciētibus, pariq́ȝ nobiſcū aſſen
ſione gaudētibus, colloquamur. Tūc eñ melius hæc exēpla ponunť, qñ cū his q̊s haꝝ con-
ſtat reꝝ prudētes eē tractamus. Nā de naturę poſſibilitate, ac de libero arbitrio, & de oñi
dei gr̄a, & q̊tidiana gr̄a, cui nō ſit recte ſentienti vberrimū diſputare. Anathematizet ergo
iſta q̄ ſenſit, vt illi q eius ſermonib⁹ fuerāt, p̄ceptiſq́ȝ collapſi, q̄d tandē habeat fides vera co
gnoſcāt, Facilius eñ reuocari poterūt, cū iſta à ſuo ſenſerint autore dānari. Qđ ſi ille ꝑtina
ci in hac voluerit īpietate ꝑſiſtere ē agendū, q̊tenus vel his poſſit ſubueniri, q̊s non ſuus ſed
huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cuius iſte talē non admittit, nec
poſtulat curā. Deus vos cuſtodiat incolumes frēs chariſſimi. Data. VI. Caleñ. Februarij.

¶Item epiſtola familiaris ad Aurelianū Carthaginenſem epiſcopū.

INnocētius Aurelio ep̄o Carthaginēſi. In familiarib⁹ ſcriptis dilectio vera cōſiſtit, & fir- B
mius charitatis officia melius ſe orſa mereanť. Quāobrē ꝑ fratrē nr̄m Iuliū ep̄l'æ extrin-
ſec⁹ miſſę rñdere geſtiui, ne apđ me forſitā remaneret peculiaris negatę ſalutatōis offen
ſa, ſupradictū igiť frēm nr̄m tuę dilectōi reſtituo, cū ap̄l'icę ſedi dignū ad relatōem duplicis
ſynodi iudicatis. Supeſt, vt orat⁹ à nobis dñs p̄ſtare digneť, q̊ten⁹ oīs eccl'ię ſuę macula cōti-
nuis laborib⁹ nr̄is poſſit abſtergi, dñs cuſtodiat te īcolumē fr̄ chariſ. Data VI. Cal. Februr.

# Incipiunt decreta Zozimi pape.

¶ Qđ monachi vel laici niſi ꝑ grad⁹ eccl'iaſticos nō debeāt ad ſummū ſacerdotiū ꝑ-(uenire. 1.
¶ Qđ ſi q̄s interdicta deſpexerit, gra-dus ſui periculo ſubiacebit. 2
¶ Quæ in ſingulis clericoꝝ gradibus tēpora ſint præfixa. 3